

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1908

Commentum Phormionis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1594](#)

EVGRAPHI
COMMENTVM PHORMIONIS

Rec. β { L = cod. Leid. Voss. lat. Q. 34 s. X: — IV 3, 1.
 l = cod. " fragmenta apud Lindenbrogium
servata, v. *praef.*
 A = cod. Ambros. H 75 inf. s. XI: prol.
 F = cod. Laudun. 467 s. XV: — II 1, 59.
 G = cod. Sangall. 860 s. XV.

Rec. α { V = cod. Leid. Voss. lat. Q. 36 s. X.
 B = cod. Vatic. Basil. 19 H. s. X: prol.

β = consensus codicum $L \cup AFG$ } aut omnium aut eorum qui
 α = $V B$ } exstant.

Faernus = editio C. Victorii cum emendationibus G. Faerni
Veneta 1561.

Lindenbr. = " Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.

Westerh. = " A. H. Westerhovii Hagana 1726.

Zeune = " I. C. Zeunii Lipsiensis 1774.

Klotz = " R. Klotzii Lipsiensis 1840.

W. = Wessner.

* * * * lacuna.

Litteris inclinatis indicavi quae in sola rec. β exstant.

PHORMIO

PROLOGVS

Semel tibi datum paeceptum circa prologos perseueret, numquam Terentium *<ea>* ratione uti in prologis, qua utantur omnes, quippe cum aduersarius Luscius Lanuinus maledictis frequentissime Terentium persecutus sit, quibus oportebat in prologo responderi. hanc quidem quaestio- 5 nem etiam ipse fecit Terentius: numquam enim prologis uteretur, nisi haberet aduersarium, cui malediceret. ita nascitur hic quasi quaedam controuersia, qua reus efficitur Terentius, quod faciat contra legem, quod iniuste agat omittendo prologorum consuetudinem et tantum maledicta 10 ponendo. huic per qualitatem respondit aduersarium suum cogere, ut istud, quod Terentius facit, possit efficere.

1 **I** POSTQVAM POETA VETVS POETAM NON POTEST RETRA-
HERE AB STVDIO ET TRADERE HOMINEM postquam inquit, Luscius Lanuinus — *hic enim est ‘poeta uetus’* — poetam 15 nostrum Terentium non potest coercere, quominus comoedias scriberet, et hominem ad otium reuocare, coepit eum maledictis terrere credens non scripturum comoedias Teren-
tium, si ei saepe malediceret. obicit praeterea primam 20 quaestiunculam, quod leues comoedias Terentius fecerit:

1 Semel] Semper *A* | prologos *Faernus*: epilogos *codd.* | perseuerat *B* (*edd.*) || 2 ea *add.* *W.* || 3 utuntur *AGB* || 4 Teren-
tium] eum α || 5 respondere α || 6 quod enim terentius (*enter-* *om.* *AG*) numquam *codd.*, *corr. W.* || 7 malediceret *<cer-*
tum est> α || 8 hinc *A* || 9 faciat *W.* : -cit *codd.* || 11 respon-
det α || 12 cogere *<se>* α || 14 *AB*] a *FG* | *<id est>* luscius α ;
<non potest> luscius β || 16 potuit α || 17 reuocare *Schopen*: -ret
codd. || 20 fecerit terentius *AG*

criminatur, quia non fecit, quod Luscius Lanuinus in
 comoediis fecit. ita fit obiecti criminis ex quadam aduer-
 5 sarii accusatione purgatio. — 5 TENVI ESSE ORATIONE
 ET SCRIPTVRA LEVI hoc est: soliditatem in uerbis nullam,
 <nullam> in rebus. hoc obiectum est. ostendit etiam nul-
 lam grauitatem, quoniam istud, quod obiecerat iste, <non>
 fecisset: ‘ideo’ inquit Terentius ‘ista obiecerat, quod non
 6 feci, quod fecit idem Luscius Lanuinus 6 <INSANVM ADV-
 LESCENTVLVM CERVAM VIDERE FVGERE> ET SECTARI CANES
 ET EAM PLORARE ORARE VT SVBVENIAT SIBI, in quo utique 10
 perspicis nihil, quod comoediarum sit: non enim aut ama-
 tor errat aut suspicione ducitur aliqua aut affectus est
 alicuius aut irascitur, quod filius nolit ducere uxorem,
 pater aut aliquod horum est, quod in comoediis esse de-
 beret. primum enim, quod ad comoediam <istam> pertinet, 15
 est insanus adulescens, qui affectus a comoediis longe
 uidetur alienus; deinde quod ceruam uidet fugere et sequi
 canes, istud omnino comoediae alienum est. ita leue hoc
 nescio quod genus dicendi et alienum siquidem Luscius
 Lanuinus <admi>sit, Terentius ostendit uilia se magis ista 20
 uitare, ut, si quid in aduersario esse cognouerit, reprehendat.
 9 — 9 QVOD SI INTELLEGERET CVM STETIT OLIM NOVA ACTORIS
 OPERA MAGIS STETISSE QVAM SVA comoedia ista, quam
 reprehendit, dicta a Lanuino est et placuit: quare potest
 esse praescriptio, quod reprehendi non possit, ex eo quod 25
 iam populo placuit. occurrit huic Terentius dicendo ‘quodsi

1 <ipse> luscious AG || 5 nullam add. Faernus || 6 obiecerit
 LFG | iste AG, ista rell. | non add. W. || 7 fecisset W.: fecisse
 et LF, fecisset et AG, fecisse α | obiecit α; obiecerat <scilicet
 luscious lanuinus> A || 8 feci W: fecit codd. || 10 ET EAM om.
 LAGV | <et> orare AG | conueniat L | quo W.: qua codd. ||
 12 errat W.: erat codd. || 13 noluit β, nolit (ante filius) α || 14 quod
 <solet> α | <ut> debet α || 15 <est> enim AG | istam (sc. Lusci)
 add. W. || 16 <quod> est β, <id> est α | adulescens insanus α |
 longe ante a AG || 17 uideatur LF | <quod> deinde quod LF,
 quod deinde α || 18 istuc LA | comediiis F, a comoedia α | leue
 post 19 quod α || 19 et Goetz: est codd. || 20 admisit Goetz; <in
 eo> sit α || 24 dicta] data? cf. p. 215,2; at cf. etiam p. 216,21 ||
 25 reprehendit non posse α

animaduerteret, quoniam, cum noua comoedia *ista* quam
reprehendi data est, actoris opera stetit, non sua — ut
non ingenio *potius* placuerit poetae, sed magis actoris
11 artificio —, 11 *MINVS MVLTO AVDACTER QVAM NVNC LAEDIT LAE-*
DERET et magis placere fabulae potuissent, quascumque fecis- 5
12 *set.* — 12 *NVNC SI QVIS EST QVI HOC DICAT AVT SIC COGITET*
VETVS POETA SI NON LACESSISSET PRIOR NVLLVM PROLOGVM
INVENIRE POTVISSET NOVVS QVEM DICERET NISI HARERET CVI
MALEDICERET haec est illa propositio quaestio[n]is, quod num-
quam prologus a Terentio ponatur causa *ea*, qua solet 10
prologus dici, ut poetam commendet, ut argumentum dicat,
sed tantummodo *<ut>* maledicat aduersario. hanc quaesi-
tionem soluit, ut dixisset superuacuos esse quodammodo
prologos neque illic comoediae uim contineri *et potestatem*,
nisi quid in prologo factum est, quod ad comoediā per- 15
tinet. omnis igitur palma, omnis uictoria, omne certamen
in ipsa fabula continetur: comoediae sunt illae, ubi uirtus
et ingenium peruenire possit ad gloriam. hoc igitur dixit
16 16 IN MEDIO PALMAM OMNIBVS POSITAM QVI ARTEM TRAC-
TANT MVSICAM: non principia neque extremitates consi- 20
derari oportere, sed illa, quae sunt media, quae comoe-
18 diam tenent, ubi ars musica tota uersatur. — 18 ILLE
AD FAMEM AB STUDIO VOLVIT HVNC REICERE nota aduersarii
uoluntatem, quod maligne persecutus sit, uti Terentius
ad famem reiceretur: uendebant enim comoedias et inde 25
quaestus habebant. certe optime respondit etiam *hoc ad-*
uersario quod dixit 19 HIC RESPONDERE VOLVIT NON LA-
CESSERE: fit enim iustum, cum respondemus *potius* male-
dicis quam maledictis aliquem prouocamus. ita cum paria

2 reprehendi *W.*: -dit *codd.* || 3 sed] quam *α* | magis *ante* in-
genio *codd.*, *transp.* *Schoell* || 5 et *om.* *LF* || 10 *ea*] *hac AG* || 12 *ut*
add. *W.* || 13 soluit *om.* *α* || 14 illi *LVB*; illis *Zeune*, *Schopen* |
comoediae uim *Schopen*: -diam *AG*, -diae *LF* *α* | et *om.* *F* | potest
esse *AG* || 15 nisi *W.*: ita si *codd.* | *quod*] nisi *quod A*, non *quod G*,
nisi *LF* | *ad*] ut *L* || 18 possit peruenire *α* || 19 tractant artem *α* ||
20 extremitate *L*, -tē *F* | considerare *LAG*, (*post oportere*) *α* || 23
famam *codd.* *praeter G* | ab studio uoluit *ante* ad *AG* || 25 ad
famam *G*, a fama *LF* *α* || 26 aduersario *W.*: -sum *codd.*

21 referimus, crimen est nullum: quod adiunxit **21** QVOD AB
 ILLO ALLATVM HIC SIBI RELATVM PVET. commendat nunc
 22 poetam, cum subiungit **22** DE ILLO IAM FINEM FACIAM
 DICENDI *(MIHI PECCANDI)* CVM IPSE DE SE *(FINEM)* NON
 FACIT hic grauiter et illum peccare multa docuit et se 5
 24 contentum esse respondere. — **24** NVNC QVID VELIM ANIM-
 ADVERTITE supponit per paucos uersus et officium pro-
 logi, ut aliquid instruat de comoedia. — ADPORTO NOVAM
 EPIDICAZOMENON QVAM VOCANT COMOEDIAM GRAECI nomen
 comoediae dicere, aliquid argumenti tangere prologi offi- 10
 cium est. — **27** QVIA PRIMAS PARTES QVI AGET IS ERIT
 PHORMIO PARASITVS primas partes dicet, hoc est summas,
 non priores *partes*: *per ipsum enim parasitum quae summa*
sunt in comoedia <dicentur>, siquidem comoediae nomen
 impositum est ab eo actore, per quem agentur plurima, 15
 30 si tamen uoluntas uestra accesserit ad poetam. — **30** DATE
 OPERAM ADESTE AEQVO ANIMO subiungit illam beniuolentiam,
 quam semper petit prologus, et rogat etiam cum silentio. —
31 NE SIMILI FORTVNA VTAMVR ATQVE VSI SVMVS CVM PER
 TVMVLTVM NOSTER GREX MOTVS LOCO EST datur hic intelligi, 20
 quod haec comoedia post illam comoediam dicitur, quae
 Hecyra est, ut hoc hic tetigerit 'ne tali fortuna uta-
 mur, qua usi sumus frequentissime exclusi: aliquando
 tamen cum labore maximo comoediam egimus uirtute
 potius perseverantis actoris, qui totiens sit exclusus'. ita 25
 in prologo Hecyrae narratur, quod frequenter ea comoedia

2 ablatum *FA*; est add. *FG* || 3 *<nunc (gloss. ad iam)>*
 de *LAG* || 4 *FINEM* add. *F* || 6 respondit *AG* || 7 *et]* ad *AG* ||
 8 adportā *LA* | *NOVAM om. α* || 9 *QVAM om. AG* | *graeci uocant*
AG || 10 *<et>* prologi *AG* || 11 *QVI — PARASITVS*] quia (quas *G*,
 qu. *A1*) fecerit (*-cit G*) phormio parasitus *LÄG*, qui fecerit
 parasitus phormio (*post summas dicet*) *α* || 12 dicet (*post sum-
 mas*) *α*, dicit *AG*, ducat *LF* || 14 dicentur add. *W.* | siquidem
 comoediae *om. β* || 15 agentur *W.*: aguntur (*post plurima α*) *codd.* ||
 17 *<et>* adeste *LAG* || 18 *<ut audiatur>* cum *α* | cum silentio
om. AG || 21 *illam fort. aliam* || 22 *ut]* et *AG* | tetigit *G* ||
 26 ea ante Hecyrae *LF*, *om. rell.* | comoedia exclusa sit *W.*:
 a comoedia exclusus sit (sit exclusus *F*, excluderit *G*) *codd*

exclusa sit. et ne tamen quasi actoris illam comoediam fecerit audiri uirtute et perseuerantia et ne ex hoc in-
 34 *iuriam populo fecisset, adiecit et 34 BONITAS VESTRA ADIVTANS ATQVE AEQVANIMITAS.*

I.

1.

35 **1** AMICVS SVMMVS MEVS ET POPVLARIS GETA argu-
 mentum fabulae in prima scaena per plurimas partes
 tractatur. haec nihil aliud tenet quam rationem et exposi-
 tionem rerum gestarum, unde formam nullius causae habet.
 ergo uerba ac sensus, qui obscuri sunt, sequamur. —
AMICVS SVMMVS MEVS ET POPVLARIS GETA ‘popularis’ tribus 10
 modis accipimus: de populo, socius et eiusdem condicionis.
 de populo accipimus eos, qui in populo sunt; socius,
 ut in Sallustio (*Catil. 22, 1*) ‘cum ad iusiurandum popu-
 laris sui sceleris adigeret’ hoc est socios; eiusdem con-
 dicionis, ut (*Ad. II 1, 1*) ‘obsecro, populares, ferte misero 15
 atque innocentia auxilium’, quamquam illic etiam de populo
 potest. at uero hic ‘amicus summus meus ac popularis
 Geta’ quid aliud quam seruum indicat, quod est eiusdem
 36 condicionis? — **2** ERAT EI DE RATIVNCVLA IAM PRIDEM
APVD ME RELIQVVM PAVXILLVLVM NVMMORVM de ratiuncula, 20
 quam apud me habuit, erat ei reliquum nummorum, sed
 38 aliquantulum. — **4** ID VT CONFICEREM hoc est: ut id red-
 40 dendum pararem. — **6** EI CREDO MVNVS *(HOC)* CONRADITVR
 sicuti arbitror, domini filio ducenti uxorem hoc a seruo
 munus praeparatur. ‘conraditur’ autem: magno labore et 25

1 actori *Fα* || 2 et *1. G*, sed *rell.* || 5 *MEVS om. LGV* || 6 per *G*,
om. LFα | pluribus partibus *α* || 7 nihil — rationem et] sic (sed
 continet) *α*, continet rationem et (et *om. LF*) nihil aliud tenet
 quam (nihil — quam *ol. sscr.?*) *β* || 10 *(a)* tribus *LF* || 11 ac-
 cepimus *LF*, accipitur *α* || 12 accipimus — sunt; socius *W.*:
 accipimus — sunt eiusdem condicionis *post* Sallustio *β*, *om. α* ||
 13 cum *om. α* || 15 popularis *LF* || 17 ac] et *G* || 20 paululum *L* ||
 21 habui *Fα*, habet *L* || 22 *(id est)* aliquantulum *α* || 23 con-
 RADITVR] paratur *codd.* (*gloss.*) || 24 domino *G*

41 inopia colligitur. — 7 QVAM INIQVE COMPARATVM EST VT
 HI QVI MINVS HABENT SEMPER ADDANT ALIQVID DITIORIBVS
 stulte, inquit, [†]defectum est atque dispositum, ut semper
 pauperes ditioribus, hoc est diuitibus, aliquid uelint ad-
 habere, dum munera eis mittunt, a quibus accipere ipsi 5
 43 debeant. — 9 QVOD ILLE VNCIATIM hoc est paulatim, uelut
 per singulas uncias. — DE DEMENSO svo de cibariis suis,
 44 hoc est quod sibi sit demensum, a metiendo.* — 10 SVVM
 DEFRAVDANS GENIVM fraudare suum genium dicitur, si quis
 parcus uiuit: at uero bene genio facit, si quis uitam 10
 largius colit. ut Virgilius (*Geo. I 302*) ‘inuitat genialis
 hiems curasque resoluit’. *bene genio fieri persuadet* et alio
 loco (*Aen. VI 603—4*) ‘lucent genialibus altis aurea fulera
 47 toris’.* — COMPARSIT MISER parcendo seruauit.* — 13 FE-
 RIETVR ALIO MVNERE expressit impetus damni, cum dixit 15
 48 ‘[†]uacula remittent’.* — 14 PVERO NATALIS DIES semper na-
 tates cum suo tempore pronuntiantur, *<ut>* natalis annus,
 natalis dies, natalis hora. alioquin per se uix
 dici potest, quod quidem Virgilius in Bucolicis (*III 76*)
 ‘Phyllida mitte mihi: meus est natalis, Iolla’, *ut solum per 20*
 49 *se pronuntiasset*. — 15 VBI INITIABVNT hoc est initiare:
 ad cibum infantem instruere, qui et ipse quodammmodo
 eius dies natalis est.

α *[8] uncia uero est duodecima pars librae uel cuiuslibet rei.

*[14] est autem genius deus uoluptatis.

*[14] nam parco facit praeteritum pepercit uel p'sarsi. et
 est parco seruo uel dimitto, ut Virgilius (*Aen. I 257*)
 ‘parce metu, Cytherea’ id est dimitte metum (*cf. Seruui*).

3 defectum] decretum *G*, factum α ; effectum ? | est post
 dispositum α | 4 id est α | 5 ipsi (*ante accipere*) α , et ipsi *F*,
 ipsa *L* | 6 debebant α | id est α | ueluti α , om. *G* | 7 per om.
FG | *<id est>* de α | 9 si qui α , si quid *L* | 10 *<bibit si quis*
(si qui L, om. α) partius> uiuit *codd.* | 12 persuadet fieri *L* |
 16 uacuum? *an* uacuum? | natales] natalis *<dies>* *L* | 17 ut
add. W. | natalis annus *post dies* α | 18 dici uix *FG* α | 19 quod
 quidem] quamquam α | 20 pronuntiasset pro se *F*, pro se nun-
 tiasset *LG* | 22 instruent α | quodammmodo *post dies FG*, *post est*
L | 23 eius dies] discendi *FG* α | natali *L* α

2.

51 1 SI QVIS ME QVAERET *RVFVS* egreditur seruus, qui narraturus est illa, quae supra dixit: mandat dominae, ut ad se ueniat ille, qui debitor suus fuit, et quoniam fortasse uix nomen tenere posset, de colore indicat, ut 52 possit agnoscī.* — 2 ACCIPE pulchre, antequam peteret aliquid, obtulit quod debebat. et in singulis intelligimus metum esse circa accipientem: primum, ne displiceret, est 53 dictum 3 LECTVM EST; deinde, ne parum conueniens numerus crederetur, adiecit CONVENIET NVMERVS QVANTVM 57 DEBVI. — 7 EGO<NE> NESCIS QVO IN METV ET QVANTO IN 10 PERICVLLO SIMVS omne malum duo habet tempora, praeteritum et futurum; praeteritum autem simul iungitur et praesenti. ita in praesenti uel praeterito periculum *est*, in futuro metus *est*. magnus igitur confessus dolor est, cum dixit ‘nescis quo in metu’ *quae res* de futuro *est* ‘et 15 quanto in periculo *simus*’ quod utique de praeterito expressum est, ut in Virgilio (*Aen. I 102—3*) ‘talia iactanti stridens aquilone procella uelum aduersa ferit’ hoc utique periculum ‘fluctumque ad sidera tollit’ hic metus 59 est; et cetera pari modo persecutus est. — 9 ABI SIS IN- 20 SCIENS CVIVS TV FIDEM IN PECVNIA PERSPEXERIS discede, stultissime; cum tu mihi pecuniam credideris, ubi fidem meam integratemque uidisti, uerba mihi metues commodore, in quibus quid lucri habebo, si te feffellero? — 62 12 ERGO AVSCVLTA ergo audi. — HANC OPERAM TIBI DICO 25 63 audiendi tibi operam trado. — 13 SENIS NOSTRI DAVE

α[§] et est definitio, quae dicitur hypographice (ypografice codd.), id est singulorum descriptio.*

3 ut *om.* *LFα* (*recte?*) | suus *L*, sibi (*ante debitor G*) *rell.* | quoniam] qui *L* || 4 nomen uix *FGα* | possent *codd.*, *corr.* *Lindenbr.*; possit *Gerstenb.* || 8 numerus *<esse> α* || 10 *qvo*] quod *Lα* || 11 sumus *Fα* || 12 et *om.* *G* || 13 ita — periculum] in periculo *α* | est *om.* *G* || 14 confessus] expressus *FGα* || 15 in quo ... in quanto *α* | de *om.* *L* || 16 sumus *F* | de et 17 ut *om.* *L* || 17 in Virgilium] uirgilius *α* || 19 periculum *<est> α* || 20 prosecutus *codd.* || 24 habeo *β*

FRATREM MAIOREM NOSTIN narratio hic sumit exordium, quae, ut oportet, ab eo incipit, quod sciri potest. quod frequentissime dixit Virgilius, ut (*Aen. II 81—82*) ‘fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures Belidae nomen Palamedis’ et (*Aen. X 20*) ‘cernis ut insultent Rutuli’. item idem in 5
 68 *Eunucho (III 5, 15)* ‘hanc fratris nostin?’ — 18 *PELLEXIT* decepit, fecellit, *induxit*,^{*} uti est (*Verg. Aen. II 90*) ‘inuidia postquam pellacis Vlxis’. — *MODO NON MONTIS AVRI POLlicENS quemadmodum dicitur (Sallust. Catil. 23)* ‘maria montesque polliceri coepit’, quod significat plurima et in- gentia. ‘hic’ inquit ‘non modo monilis auri pollicens, sed 70 *etiam maria’.* — 20 *REGEM ME ESSE OPORTVIT* antiqui, maxime in comoediis, ditissimos quosque reges dicebant, uti parasi eos, a quibus pascebantur, reges appellarent. — 72 22 *QVASI MAGISTRVM* quasi monitorem atque custodem. — 15 73 *PROVINCIAM CEPISTI** officium. — 23 *MIHI ERGO VSV VENIT* 74 *aliquando mihi contigit.* — 24 *MEMINI ME RELINQVI DEO IRATO MEO* teneo in memoria dimitti irato deo meo, uel domino uel genio uel certe deo: noster enim deus est, qui fauet nobis; qui si iratus fuerit, aduersa omnia patimur. 20 ut Virgilius (*Aen. II 396*) ‘uadimus inmixti Danais haud 76 numine nostro’. — 26 *SENI FIDELIS DVM SVM SCAPVLAS PERDIDI* dum seni fidem praesto, ut monitor perseverarem, 77 *uapulando scapulas perdidi.* — 27 *NAMQVE INSCITIA EST ADVERSVM STIMVLVM CALCES* etenim inscitia est calces tum 25 uelle iactare, cum stimulus imminet, quo te magis incipiias uulnerare. — 29 *SCISTI VTI FORO intellexisti*, quid 79 *81 te oporteat facere.* — 31 *CONTINVO QVANDAM NACTVS EST*

^a*[7] unde pellex, id est meretrix, et pellax.

*[16] id est prouidentiam (*add. uel*)

3 Virgilius *om. β* || 4 palemedis *< et inclita fama>* *G* || 6 *nostin hanc quam amat frater Ter.* || 8 *montes α* || 11 *non solum α | montes FG* || 12 *maria]* cuiusque rei *α; fort. huc pertinet etiam mane (mane *om. F*) quod in LF infra post antiqui legitur (et inmania?) || 14 *uti ... appellarent]* unde ... appellabant *α* || 16 *ERGO om. F (= Ter.)* || 17 *relinqui me Gα* || 19 *<in>genio codd. praeter G* || 20 *omnia aduersa α* || 21 *haud]* *ñ G*, et *rell.* || 26 *iacere FGα* || 28 *facere oporteat α**

PVELLVLA M bene adiecit 'continuo', ut adulescens absentiam patris quodammodo expectasse uideretur, uti in delicias 84 amoremque labi possit. — 34 NEQVE QVOD DARETVR QVIC-
QVAM ID CVRARANT PATRES hoc est: eam inopiam in domo reliquerant, ut, quod dari possit lenoni, non haberetur. 5 curauerant ergo quadam diligentia ac fecerant, ne pecunia 86 filiis relinqueretur in domo. — 36 SECTARI IN LVDVM
 <DVCERE> sequi ac ducere, cum illa pergerat in ludum, 88 hoc est in locum, ubi forte discebat. — 38 EXADVERSVM EI
 89 LOCO contra ipsum locum. — 39 TONSTRINA QVAEDAM ERAT 10
 93 officina tonsorum. — 43 NVMQVAM AEQVE INQVIT AC MODO
 PAVPERTAS ONVS MIHI VISVM EST ET MISERVUM ET GRAVE <***>. 97 — 47 NEQVE ILLI BENIVOLENS NEQVE NOTVS NEQVE VICINVS
 hoc est: nullus fuerat, qui beniuolentia aut notitia aut 101 uicinitate succurreret et adiuuaret. — 51 COMMORAT OM- 15
 NIS NOS ita narratione sua exprimebat affectum, ut nos omnes commouisset. 'commorat' autem commouerat*. — 107 57 VT NI VIS BONI IN IPSA ESSET FORMA HAEC FORMAM EX-
 STINGVERENT magna uis bonitatis et pulchritudinis in forma
 fuerat: idcirco ista, quae ex luctu et lacrimis fuerant, for- 20
 109 mam extinguere non ualebant. — 59 TANTVMMODO SATIS
 INQVIT SCITA hoc est: tantummodo laudauit, ille autem 111 alias amare coepit. — 61 QVO EVADAT VIDE quo res per-
 115 ueniat, animaduerte. — 65 BONAM BONIS PROGNATAM et
 119 ipsam ingenuam et bonis parentibus natam. — 69 NON SI 25
 REDISSET EI PATER VENIAM DARET hoc est: cum redisset.
 122 — 72 EST QVIDAM PHORMIO PARASITVS hic interponitur
 alia narratio, quae personam declarat diuersam: narratio
 α*[17] per syncopam (sinc- cod.)

2 in *F*, om. *rell.* || 4 curant *LF* | eam *G*, iam *rell.* || 5 reli-
 querat *LGα* | posset *Gα* || 6 curauerat ... fecerat *codd.*, corr.
Zeune || 8 ac ducere *Schoell*: adducere (*duc-* *F*) *codd.* | pergebat
F, pergeret *G* || 9 ex aduerso *Gα* || 11 <*id est*> officina *α* ||
 12 *lac. sign. W.* || 13 bene uolens *FG* || 15 et] uel *G*, om. *LF* ||
 17 <*pro*> commouerat *α* || 18 <*in*>esset *F* || 19 uis post pul-
 chritudinis *α* || 22 laudauit *W.*: -bit *codd.* || 26 v. ad p. 222, 1 ||
 28 diuersam *W.*: detiusam (*vel dec-*) *L*, de causa in (enim in
G) *rell.* | narratio enim *W.* (*cf. G*): narrationē (*in -ne corr. V*) *codd.*

enim semper iam immittitur, ne omne in sensu positi-
 125 tum uideamus. — **75** LEX EST VTI ORBAE QVI SINT
 GENERE PROXIMI leges illas narrat, quas oratores saepe in
 controuersiis collocarunt ‘orbam proximus ducat’ ‘orba
 127 proximo nubat’. — **77** ET TIBI SCRIBAM DICAM et tibi 5
 131 calumniam indicam et causam inpingam. — **81** QVOD
 ERIT MIHI BONVM ATQVE COMMODOVM CVM TV ISTORVM NIHIL
 REFELLES facile ista, quae sunt mendacia, quae ego fingam,
 133 comprobabo iudicibus: tu nihil reuinces. — **83** PATER
 ADERIT MIHI PARATAE LITES hoc quasi quaestionis loco 10
 propositum est a Phormione ‘sed cum tu duxeris uxorem,
 ueniet pater et mihi litem intendet’, cui paratur responsio
 ‘quid interest? quid mea? iam tamen illa, quam tu cupis,
 134 in tua erit potestate’. — **84** IOCVLAREM AVDACIAM quae ex
 ioco ueniat in periculum, ut (*Andr. IV 4, 43*) ‘ioculare 15
 135 in malum insciens paene incidi’. — **85** VENTVM EST amat
 Terentius ista collocare, quibus ostenderet suam breuitatem, ut supra (*I 2, 53—54*) ‘imus, uenimus, uidemus’;
 similiter in Eunicho (*III 5, 45*) ‘iit, lauit, rediit’. —
 138 **88** QVOD FORS FERET FEREMVS AEQVO ANIMO nunc narra- 20
 tione finita de euentu respondit: omnia se aequo animo
 140 passurum, quae euentus attulerit in peccatis. — **90** AD
 PRECATORVM ABEAM solent serui, quotiens rei fuerint con-
 stituti, habere sibi precatores, qui pro eis dominos rogent.
 nunc dicit stulte eos facere, qui precatores parant et ad- 25
 hibent, quorum oratio haec esse potest ‘interim uenia
 tribuatur: postea, cum ipse, qui precatur, discesserit, do-

1 iam immittitur] res agitur α | ne — 2 uideamus post
 221, 26 redisset in codd., transp. W. | ne omne] non procū G |
 sensu G, -um rell. || 2 sunt FG || 7 tv om. L [ISTORVM] eorum
 Ter. || 8 refellis L | mendatio LV, -cio F || 9 reuinces W.: re-
 linquis codd. (cf. L in lemm.) || 12 sponsio β || 13 quid mea quid
 interest α | tamen] enim Lindenbr. || 14 ex W. (cf. Don.): est
 in β, a α || 15 iocularium Ter. || 16 amat Terentius W.: a matre
 codd. || 17 quibus W.: qui ut codd. | breuitatem W.: bonit-
 codd. || 19 it F | redit LFα || 20 FORS om. Lα | narrationē finit β ||
 21 respondet α || 22 quae] quod codd. || 23 rei om. β; ad uerbera
 post const-suppl. G || 25 nunc <quoque> G | parent Lα || 26 <ut>
 interim α

- 144 minus iracundiam suam complebit'. — **94** QVID ILLE PAED-
AGOGVS QVI CITHARISTRIAM apto nomine appellauit ipsum
adulescentulum, qui meretricem amabat, ut paedagogum
diceret, quod eam in ludum ducebat et reducebat. —
146 96 NIHIL NISI SPEM MERAM solam, inquit, spem, quoniam 5
150 nihil habet. — **100** ET AD PORTITORES ESSE DELATAM ad
eos scilicet, qui in portu sunt.

3.

- 153** **1** ADEON REM REDISSE VT QVI CONSVLTVM OPTIME
VELIT ESSE PHAEDRIA PATREM VT EXTIMESCAM VBI IN MEN-
TEM EIVS ADVENTI VENIT haec scaena uitae comparationem 10
tenet Antiphonis et Phaedriae, eius qui uxorem duxit
absente patre eam quam diligebat, et eius qui amat
meretricem et sumptus non habet. in quo negotio efficitur
qualitas comparatiua, qui miserior sit. et est causae genus
demonstratiuum: cum uita utriusque in miseriis <***> com- 15
paratione uitae sua dicunt esse felicem. — ADEON REM
REDISSE VT QVI MIHI CONSVLTVM OPTIME VELIT eo usque
rem esse deductam, ut, cum mihi pater consultum optime
cupiat, ego tamen pertimescam, cum mihi uenit in men-
155 tem illum iam iamque esse uenturum. — **3** QVOD NISI 20
FVISSEM INCOGITANS ITA EVM EXSPECTAREM VT PAR FVIT
quod, nisi minimum cogitarem propter id, quod uxorem
duxi. eo absente, sic eius aduentum et eum expectarem,
156 sicuti decuit. — **4** ROGITAS QVI TAM AVDACIS FACINORIS MIHI
CONSCIVS SIS interrogas me, cur istud dicam? uxorem duxi, 25
et eius facinoris mihi et auctor fueris et conscientius. —

1 compleuit *L*, -pleat *G* || 5 quoniam] quam α || 6 nihil]
non *FG*, puram α | habebat *G* || 12 amabat ... habebat α ||
14 comparatiua qualitas α | quo α || 15 uitam α, om. *G* | lac.
sign. *W.*; suppl. constituta sit, uitam alterius vel sim., cf. ad
v. 10 || 18 pater *Lindenbr.*: frater *codd.* || 19 tamen <non> *codd.*
(*praeter G*); tamen eum *Zeune* || 22 <id est> minimum α ||
23 et eum] etiam? an del.? || 25 interrogas<se> *L*, -gas<ne>
G || 26 et eius] cuius *F* | fueris] es post conscientius α

157 5 QVOD VTINAM NE PHORMIONI ID SVADERE IN MENTEM INCIDISSET hic exprimit miserias suas — paenitent enim consilii —: 'utinam ne Phormioni in mentem incidisset tale consilium, ut mihi hoc suaderet atque impelleret in id, unde 159 mihi initium est malorum'. — 7 NON POTITVS ESSEM 5 FVISSET TVM ILLOS DIES ALIQVOT MIHI AEGRE AT NON COTIDIANA CVRA HAEC ANGERET ANIMVM sed si consilium mihi Phormio non dedisset, ad fructum cupiditatis meae non peruenirem. haec quasi quaestio est, quae soluitur malorum comparatione: 'siquidem maiora incommoda <a> 10 minoribus incommodis copta sunt neque utile consilium fuit, id malum, quod minus habebatur, mutatum est grauiore et deteriore malo*', quod hodie cotidiana cura angit animum, dum expecto, quam mox ueniat, qui mihi hanc uxoris consuetudinem tollat'. — 10 ALIIS QVIA DEFIT QVOD AMANT 15 AEGRE EST TIBI QVIA SVPEREST DOLET comparatio efficitur per alterius uitiae demonstrationem: ipse enim Phaedria amat meretricem, qua potiri propter inopiam non potest. — 162 11 AMORE ABVNDAS ANTIPHO hoc est: tibi quod desideras 163 abundat et praesto est neque eges. — 13 ITA ME DI AMENT 20 VT LICEAT TAM DIV QVOD AMO FRVI ut feliciorem Antiphonem <nis> uitam Phaedria posset ostendere, non solum mala uitiae suae enumerat, uerum etiam iurauit per id ipsum, quod Antiphonem habet, quod tam diu fruatur amore suo. — 14 IAM DEPECISCI MORTE CVPIO hoc est: mori uolo uel pacisci 25 mortem.* deinde ipsa commoda uitiae Antiphonis enumerat,

^{a*}[13] per argumentum a minore ad maius

*[26] et facit paciscor, id est pactum ineo, unde depe-

ciscor.

2 exponit *L* 4 <me> impelleret? || 9 peruenirem *Lindenbr.*: -ret (prou- β) *codd.* || 10 magna commoda *L* | *a add. W.* || 11 ma-
ioribus β || 12 grauiori et deteriori *FG* || 14 <et> dum *LG* ||
16 EST om. *L* | *QVIA*] quod *L* || 19 tibi om. *FG* || 20 abundas *L*,
(ante corr.) *V* || 21 Antiphonis — Phaedria *W.*: uite (... *L*, uitam
 α) phedriam (-ae α) antiphonem *codd.* || 22 mala — enumerat *W.*
(duce *Schop.*): mala (-ü *G*, -ae α) uita (-ä *G*, om. *L*) èè numerat
codd. || 25 <iam> mori α || 26 <in τ > commoda <commodis> *LF*,
comoda <int' comoda> *G*

siquidem ille *habet* sine sumptu ingenuam, quod *habeat* quam desiderauit uxorem, quod sine mala opinione, quod 170 publice: *contra quod hic cum lenone rem agitet.* — 18 *BETATVS NI VNVM DESIT ANIMVS QVI MODESTE ISTAEC FERAT omni parte felix ac beatus, ni tibi tantummodo unum desit,* 5
 173 *animus, qui haec tolerabiliter sustineat.* — 21 *AT TV FOR-TVNATVS MIHI VIDERE PHAEDRIA reuocat comparationem Antiphō ex hac causa, ut meliorem felicioremque dicat Phaedriam, quod in potestate habeat omnem consultatiōnem suam, utrum uelit mittere an uero retinere, quod 10 ipsi contra non licet.*

4.

179 1 *NVLLVS ES GETA NISI MIHI CONSILIVM CELERE ALIQVOD REPERIS* haec scaena nuntium tenet domini uenientis, unde perturbatio efficitur Antiphonis, quod patrem suum 180 audiat uenire, quo absente duxit uxorem. — 2 *ITA NVNC 15 IMPARATVM SVBITO TANTA TE INPENDENT MALA ita tanta mala*
 181 *impending in te imparatum.* — 3 *QVAE NEQVE VTI DEVITEM SCIO NEQVE QVOMODO INDE ME EXTRAHAM* duo posuit: omnia enim mala consilio deuitemus ita, ut nos non contingant, aut — quod secundum est — si forte celeri ad 20 uento in nos irrepsierint, in hoc prospicere debemus, ut 186 *inde nos liberare possimus.* — 9 *PVRGEM ME LATEREM LAVEM omnia aduersa sunt, inquit:* si loquar, magis incendam, si conticescam, uehementer instigem et compellam ad iracundiam, si me purgauero, nihil extergam.* *hoc est enim 25*

186 *α*[25] 9 LATEREM LAVEM* qui non purior fit lauando, dum semper auget se stercus (-gus *cod.*) fricando.

1 *siquidem]* quod α | <et> ingenuam α | quod] et α ||
 2 *desiderauit]* amauit α | quod 1.] et α | <et> quod 2. α || 3 *hic*
<tamen> G || 5 *desit (bis L) post 6 animus codd.* || 8 *ex hac*
causa W.: et haec (*est add. G*) *causa codd.* || 9 *quod]* *cum FGα* ||
 10 *amittere G, dim- F* || 13 *repperis L, repereris FG* || 15 *quod β* ||
 17 *imparatum W.*: *parantur codd.* || 18 *ME om. L* || 19 *deuitamus FG* ||
contingat codd., corr. Lindenbr. || 22 *LAVEM om. L* || 23 <aut>
omnia LG || 25 *extergam W.*: *est ergo β; culpa crescat (om. nihil) α*

laterem lauare: citius enim non puriorem laterem lauando
 188 reddimus, sed ipsum laterem perdimus. — **11** NAM ABSQVE
 EO ESSET nam si istud malum sine Antiphone esset, do-
 189 minum meum ac me tantummodo contineret. — **12** FACILE
 EGO MHI PROVIDISSEM ET SENIS ESSEM VLTVS IRACVNDIAM 5
 ultus hoc more, dum aliquid sustulisse, quod dixit ‘ali-
 quid conuasissem et me protinus conicerem in pedes’ hoc
 est fugissem: discessio etenim quodammodo ultio est circa
 inultos, ut Pygmalionem ulta Dido configuit, cum dicit
 194 (*Verg. Aen. IV* 656) ‘ulta uirum’. — **17** DOMVM IRE PER- 10
 GAM IBI PLVRIMVM EST necessarium est, quod illic illa sit
 199 quam diligit. — **22** QVID AIS HVIVS PATREM VIDISSE ME
 PATRVVM TVVM expressum bene est, quod ille qui metuebat
 facile etiam intelligit, quod sermonibus non fuerat expli-
 catum, econtra is qui alienus a metu fuerat interrogat, 15
 quid illud sit. econtra parum intelligenti congeminat sen-
 sum, cum dicit ‘patrem huius me uidisse, patrum tuum’. —
202 **24** ERGO ISTAEC CVM ITA SINT ANTRPHO ADVIGILARE AEQVVM
 EST FORTIS FORTVNA ADIVVAT exhortatur, ut forti animo
 sit, et quo maius periculum est, quod imminet, hoc magis 20
 debeat aduigilare. simul ei spem meliorem promisit dicendo
 205 ‘fortis fortuna adiuuat’. — **27** NAM SI TE TIMIDVM SEN-
 SERIT PATER ESSE ARBITRABITVR COMMERSISSE CVLPAM adiecit
 ad consolationem animi etiam causam: ‘si enim pater tuus
 te timidum esse cognouerit, continuo culpam in te inesse 25
 209 cognoscet’. — **31** QVID HIC CONTERIMVS OPERAM QVIN ABEO
 cum parum crederet se perficere, uti animum confirmaret
 Antiphonis, minitatur discessum: *qua re ille territus se*
 213 *confirmat*. — **35** PROTELET tela in te frequenter uerborum

1 citius *ut vid.* *L*, *cufē G*, *Jū ut vid. F* || 2 nam *<que>* codd. ||
 4 facile *<ē (esset F)> LF* || 9 *ulta*] inulta *L*, multa *Fα* | *Dido con-*
fugit] de loco fugit (tido *ante de add. G*) codd. || 11 *illa*] illud *G* |
 sit *G*, est *LF* || 12 *quam*] quod *LG* || 12 *me uidisse L* (*cf. infra*) ||
 15 et contra *codd.*; *sic et 16, ubi ergo Lindenbr.* || 17 *me uidisse*
ante cum dicit LF || 20 *<magis>* periculum maius β || 21 *debeat*
Zeune: debet (et *add. G*) *codd.* | *simul <quoque> G* || 23 *arbi-*
tratur codd. || 24 *ad om. G.* | *etiam Zeune: et ad codd.* ||
 25 *esse Fα* || 26 *cognoscit LG* || 29 *uerborum transp. ante in?*

216 mittens uulneret. — **38** NON POSSVM ADESSE OMNIS illa confirmatio <****>: simulatque patrem uidit, perturbatus est et
 218 parat discessum. — **40** VOBIS COMMENDO PHANIVM ET VITAM MEAM in commendatione prius illam collocauit quam diligebat; deinde subiunxit salutem suam, quoniam <in> amore ei salus 5
 220 est. — **42** EGO PLECTAR PENDENS hoc est: *ego puniar pendens et <tu> tantummodo audies lites, et ex uerbis tuis peri-*
 223 *culum erit.* — **45** AVFER MI OPORTET rebus faciundis cum necessitas cogit, non id quaerendum est quod oporteat. ideo adiecit ‘tolle «oportet», potius mone quid faciendum sit’. — 10
 225 **47** IN RE INCIPENDA AD DEFENDENDAM NOXIAM quasi saepius peccauerit adulescens et se defenderit, ideo quaerit exemplum defensionis. — **51** EGO IN SVBSIDIIS HIC ERO SVCCENTVRATVS metaphora a bello: illi qui priori loco pugnant, in principiis sunt, qui uero secundo uel aliis posterioribus, succenturiati dicuntur quasi suppositi ad aciem, ut illis deficientibus ipsi in certamen procedant.

II.

1.

231 **1** ITANE TANDEM VXOREM DVXIT ANTIPO INIVSSV MEO in portu senex filium suum duxisse uxorem audiuit: secum ergo conqueritur satis admiratus, quod ille tantum facinus 20 ausus sit implere. haec scaena continet accusationem et habet controversiam tales: quod contra imperium patris uxorem duxerit, filius reus est; qui defenditur sic ‘fecit, sed feci coactus iudicio et coactus legibus.’ cui occurritur ‘potuisti ducere uxorem, maxime cum lex sit «orba nubat 25 proximo, orbam proximus ducat, aut dotem petat»: at

2 lac. sign. W.: euanuit vel sim. suppl. | simulatque] simulata est ut α || 5 suam W.: meam codd. | in amore ei W.: ea amore ei (ea L) β , ei amor α || 6 id est α || 7 tu add. Lindenbr. || 8 mihi FG || 11 in recipienda LG | deferendam La | noxam FG || 13 subcent-La || 15 secundū L, -di Fa, in secundo G | posterioribus] posterio sunt α || 18 vxorem om. L || 19 senex <positus> α | duxisse ante filium LF || 23 feci sed (sic α) feci W.: fecisse dicet β || 24 <in> iudicio L, at cf. p. 233, 17 || 25 <ut> orba α , om. β || 26 petat] sc. orba | at Lindenbr.: aut codd.

si in parte legis est, ut dotem adhibeat, etiam te dare oportuit' sed hoc soluitur, quod inopia non potuit istud impleri, ut et hic uenialis status sit. huic rursus quaestioni opponitur, quod mutua pecunia sumi potuit. sed huic occurritur qualitate absoluta, an filio in familia 5 constituto pecuniam mutuam accipere liceat, an aliquis huic pecuniam potuerit credere. ita omnis ⁺oratio argumentis[†] et per quaestiones proponitur et per argumenta
 235 dissoluitur. — 5 AN HOC DICENT *MIHI INVITVS FECI LEX COEGIT* repperit argumentum senex, quo ostenderet non 10 inuitum uxorem duxisse filium, ex eo quod ad iudicium ductus tacuerit *et nihil responderit*: quae res indicat uo-
 240 luntatem. — 10 ITA SVM IRRITATVS *ita sum* prouocatus,
 241 *ut non possim animo consistere ad cogitandum*. — 11 QVAM OB REM OMNES CVM SECVNDAE RES SVNT MAXIME ergo, in- 15 quit, quoniam haec ita sunt, oportet omnes *<in>* rebus felicioribus constitutos magis de aduersis cogitare, quo
 245 pacto possint quae acciderint sustinere. — 15 VT NE QVID ANIMO SIT NOVVM quod utique est sapientis omnia quae accidere possint praeuidere, ne nouum sit: ut est illud 20 *sapientis* Aeneae (*Verg. Aen. VI 103—5*) 'non ulla labo- rum, o uirgo, noua mi facies inopinae surgit: omnia
 247 praecepi atque animo *<mecum>* ipse peregi'. — 17 IN- CREDIBILE EST QVANTVM ERVM ANTE EO SAPIENTIA MEDITATA
MIHI seruus dicit de suis se incommodis ante cogitasse, 25
 255 unde sapientia sua dicit dominum *praeire*. — 25 SALVVM VENIRE cum interrogatus sit ubi sit Antiphō, perseuerat
 256 in salutatione, ut iracundiam obsequio frangat. — 26 VALET HIC EST cum ille de loco quaereret, *ubinam* esset Antiphō,
 258 hic de salute respondet. — 28 BONAS ME ABSENTE HIC 30

1 adhibeat] sc. proximus | dare *<aliquid>* α || 3 implere α || 5 huic W.: hic *codd.* | occurritur] quaeritur α || 7 potuerit W.: potuit β, debeat α | oratio argumentis (-ti G)] *exspectes* accusatio sensis *vel sim.* || 10 quod β || 11 filium *ante non* α || 12 uoluptatem β || 13 *<id est>* prouocatus α || 16 haec *om.* L | in add. W. || 17 constitutos W.: -tis *codd.* | aduersis W.: -sariis *codd.* || 19 sapientis est α || 20 praeuidere F, prou- rell. || 23 ipse] *sic et Seneca ep. 76, 33*; ante *Verg. codd.* || 26 praeterire LG || 30 respondit Gα

CONFECISTIS NVPTIAS et accusat et non totius criminis, sed
 summae est collocatio. subiungitur iracundia, quod dixit
 260 30 IPSVM GESTIO DARI MIHI IN CONSPECTVM, ut sua culpa
 intelligat patrem lenem acerrimum factum. 'gestio' autem
 263 concupio et desidero. — 33 ATQVI NIHIL FECIT PATRVE QVOD 5
 SVSCENSEAS hic iam defensionis est generale principium. —
 264 34 OMNES CONGRVVNT omnes conueniunt, aequales uniuersi
 269 sunt. — 39 NAM NI HAEC ITA ESSENT CVM ILLO HAVT STA-
 RES PHAEDRIA si haec quemadmodum dixi non essent, ut 10
 uobis pariter defensionem ad uestra crimina paeberetis,
 270 cum Antiphone tu non stare potuisses. — 40 SI EST
 PATRVE CVLPAM VT ANTIPHO IN SE ADMISERIT hoc est exord-
 ium plenissimae defensionis, in quo docet non se deprecari
 neque defendere Antiphonem, si modo aliquam culpam in
 se Antipho admiserit, unde famam suam vulneraret. deinde, 15
 273 ut responderet, subiunxit 43 SED SI QVIS FORTE MALITIA
 SVA FRETVS INSIDIAS FECIT NOSTRAE ADVLESCENTIAE. et bene
 'nostrae' adiecit, ut <ad> societatem non tam culpae quam
 275 malorum sese adiunxerit. — 45 NOSTRA EST CVLPA AN-
 IVDICVM quodsi oppressi iudicio sumus, crimen nostrum 20
 nullum est, sed iudicium potius, qui frequenter aut propter
 inuidiam tollunt diuitibus aut propter misericordiam addunt
 278 pauperibus. — 48 NI NOSSEM CAVSAM CREDEREM VERA HVNC
 LOQVI satis laudauit orationem Phaedriae, siquidem tantam
 uim argumentorum duxit esse in oratione, uti crederet 25
 279 uera dici, ni ipsam melius nosset ueritatem. — 49 AN
 QVISQVAM EST IVDEX QVI POSSIT NOSCERE TVA IVSTA VBI NON
 VERBVM RESPONDEAS hoc proponit 'qui inuitus coactus est,
 siquidem tacuit neque uerbum ullum respondit?' hic defen-

1 accusat et W.: accusaret (-sacio G) codd. || 3 ut —
 factum post 5 desidero codd., transp. W. || 4 autem] id est α ||
 6 est <et> LG || 9 quemadmodum] ut α | dixi Goetz: dicis codd. ||
 11 cum Lindenbr.: sine codd. | Sic Lα || 13 <intentionis et>
 defensionis L || 16 ut (aut F, om. G) ante famam et re-
 sponderet (-dens G) ante deinde codd.; transp. W. | subiungit α ||
 <ali>quis β || 18 ad add. Zeune || 19 adiunxit LF, -git α ||
 21 aut om. LF || 22 inuidia (om. propter) L || 25 dixit Fα ||
 26 ne β | ipsa LGα || 28 hic α | quia α

sio illa ponitur, quod adulescens cogitare quidem potuit,
 at pudore et uerecundia oppressus cogitata non potuit
 286 proloqui. haec pars uenialis est ex aetate. — **56** SALVVM
 TE ADVENISSE GAVDEO opportune seruus, cum duos locos
 accusator perdidisset et uehementer iam confractam senis 5
 287 iracundiam uideret, supponit se <et> obtulit. — **57** COLV-
 MEN VERO FAMILIAE dignitas, uel certe sustentatio, unde
 289 columnae dicuntur. — **59** IAMDVDM OMNES NOS ACCV-
 SARE AVDIO INMERITO hoc est quod supra (*I* 4, 51) dixit
 ‘ego hic in subsidiis ero succenturiatus’. ita defensio su- 10
 perior illam constituit pugnam, ut optime fecerit, quod
 adiecit alia sui nominis adumenta: nam si utique do-
 minus coactus fecit omnia quae facta sunt neque libertas
 ulla fuit ad contradicendum, quanto magis seruulus, cui
 in condicione seruitutis libere loqui non licet neque testi- 15
 295 monium dicere neque causam agere! — **65** VERVM SI COGNATA
 EST MAXIME NON FVIT NECESSE HANC HABERE donat senex
 omnia argumenta concedens ad ueniam, sed apponit legis
 partem qua iubetur, ut dos orbae dari possit. sed huic, ut
 supra diximus, occurrit per ueniale statum rursus, quod 20
 argentum defuit. quam rem cum soluisset senex dicendo
 ‘alicunde sumeret uel faenore’, <non> soluta est tamen, quod
 negauit licere filio familiae mutuam pecuniam credi. —
 303 **73** NON SIC FVTVRVM EST conuictus in omnibus senex ad
 iracundiam reddit negatque permissum esse, uti cum filio 25
 308 suo maneat illa nupta. — **78** ANTIPHO VBI NVNC EST
 callide interrogauit, ubi esset Antipho, senex, ut ex hoc

2 at *Klotz*: ut (cum *G*) codd. || 5 perdidisset accusator *L* |
 et om. *LFα* || 6 et add. *W.* || 10 subcent-*L* | defensio (-ione *F²G*)
 superiori na (-or unam α, -ori unam *F*, -ori *G*) codd. || 11 ut
 (et α) post fecerit (om. quod) *LFα* || 14 ulla] *hic desinat cod. F* |
seruulis Gα, ser . . . L || 17 hanc necesse a || 18 legis partem *W.*:
 leges patrē *G*, leges pa . . . *L*, leges α || 19 qua iubetur *G*, . . . bet
L, quae iubent α | dari possit] detur α | huic *W.*: *hic codd.* ||
 21 argumentum codd., corr. *Zeune* | <et> senex dicit *L* || 22 non
 add. *Schoell* || 23 negauit licere] non liceret α || 24 senex in om-
 nibus α || 25 et negat α || 27 callide <nunc> *G* | ut *Westerh.*:
 ne (nec *L*, hoc ne α) codd. | ex om. *G*.

possit intelligere illum diligere uxorem: quam rem astutus seruus agnoscens nihil aliud respondit nisi FORIS.

2.

- 315 **1** ITANE PATRIS ADVENTVM VERITVM HINC ABISSE haec
scaena Phormionem loquentem habet ac se promitten-
tem aduersus patris iracundiam repugnaturum. hae solae 5
317 allocutiones hic tenentur. — **3** AD TE SVMMA SOLVM PHOR-
MIO REDIT RERVM omnium rerum summa ad te reuertitur,
hoc est: a te cuncta sunt explicanda. — TVTE HOC IN-
TRISTI TIBI OMNE EST EXEDENDVM ex proverbio est, quod
est apud rusticos natum, cum male intritum cibum coactus 10
est consumere qui intruit. ita hic sensus est: a te con-
322 fecta res est, tu eam debes absumere. — **8** QVID VIS *NISI*
<*VTI*> *MANEAT PHANIVM* secum deliberans et quaerens potius
consilium Phormio tandem reperit ac seruo pollicetur: quid
amplius desideres *nisi* ut Phanium maneat apud maritum 15
et Antiphonem *ex hoc crimine eripiam omnemque in me*
324 *iram senex inclinet?* — **10** NE ISTAEC FORTITVDO IN NERVVM
ERVMPAT DENIQVE uehementer metuo, ne *haec* uirtus et
fortitudo mittatur in neruum, hoc est in contrariam rem.
facile enim patitur fortitudo, si neruum forte percusserit: 20
solidiore enim parte resistente ille qui percudit uulnera-
326 tur. — **12** *IAM PEDVM VISA EST VIA iam res quemadmodum*
327 *iter haberet, inuentum est.* — **13** ME CENSES HOMINES *IAM*
DEVERBERASSE VSQVE AD NECEM profert exemplum, quo do-
cet nihil sibi fieri posse ex hoc, quod multos homines usque 25
ad necem uerberauerit et, cum tantas iniurias fecerit, num-

1 posset *G* || 4 se<ruo> Zeune; cf. l. 14 || 6 solum sum-
ma α || 8 a te] tibi *G* || 9 <natum> est *codd.*; at cf. *infra* ||
10 natum *hic om.* α || 11 sumere α | ita — est] et est sensus α ||
12 <et> tu eam *G*, quam α | absoluerre Zeune || 13 deliberat α ||
et *G*, *om.* *Lα* || 14 quid *W.*: quia *codd.* || 15 desideres *W.*:
-ret (non des- *G*) *codd.* || 17 haec α || 21 solidiori etenim *G* |
uulnerat *G*, -rū *L* || 25 nihil *om.* *L* || 26 uerberauit *codd.*, corr.
Zeune

- 330 quam iniuriarum sit accusatus. — **16** QVIA NON RETE AC-
CIPITRI TENDITVR NEQVE MILVO idecirco, inquit, *<non>* sum
accusatus post tot iniurias, quas feci ciuibus, quoniam
retia non fiunt malis auibus ut capiantur. non rete ergo
tenditur — quod quidam legunt ‘non recte tenditur’ — ⁵
accipitri neque miluo, qui nobis male faciunt, at contra
illis aliis tenditur, qui non male faciunt nobis. *haec autem*
causa est, quod in illis, qui nil male faciunt nobis, inest
fructus, in illis uero, qui male faciunt, luditur opera, hoc
est frustrantur labores: unde et in illis sola <est> captura. ¹⁰
- 333 — **19** ALIIS ALIVNDE PERICVLVM EST VNDE ALIQVID ABRADI
POTEST illi tantummodo rei esse possunt et periclitari, qui
habent unde detrimenta sentiant uel aliquid quod perdant.
- 334 ideo iunxit **20** MIHI SCIVNT NIHIL ESSE. — DICES DVCENT DAM-
NATVM DOMVM sed proponis mihi ‘quid enim? si fortunas non ¹⁵
habeam, ex quibus condemnatus poenam sustineam, tamen
addici possum ad seruitutem’: hoc est enim ducere dam-
natum. sed rursus **21** ALERE NOLVNT HOMINEM EDACEM: ita
enim mihi maximum beneficium praestabunt, si addictum
me sibi pascere incipient, ut pro maleficio, quod illis in- ²⁰
- 335 337 tuli, beneficium cogantur restituere. — **23** NON POTEST
SATIS PRO MERITO AB ILLO TIBI REFERRI GRATIA hoc est:
dominus utique, qui te addictum habebit, potest tibi bo-
nam gratiam referre pro meritis tuis: *ita enim habet is*
in potestate uniuersa, quae in te facit. hic respondit 24 IMMO ²⁵
- ENIM NEMO SATIS PRO MERITO REGI GRATIAM REFERT cum
seruus dixisset ‘potest tibi referre gratiam’, hic contra
‘gratiam regi nemo’ inquit ‘refert propterea <quia> pascit’.
‘regi’ autem domino uel qui nutrit uel qui pascit. —

2 non add. Westerh. || 4 retia Zeune: ea codd. || 6 qui
— faciunt ante 5 quod α | male om. β | tendetur β || 7 nobis
ante non α || 10 hoc est frustrantur W.: testant̄ (*ut vid.*) G,
.... L | unde W.: modo codd. | illis W.: his codd. | est add.
W. || 13 perdatur G, L || 13 adiunxit G || 15 <etiam> si
α || 21 coguntur α, cogunt G, L, corr. Westerh. || 23 qui te
utique α || 24 enim et is om. G || 28 inquit ante regi α | quia
add. W. || 29 <scilicet> domino G | <e>qui Gα | nutritor (-ri G)
codd.; nutrit alios Zeune

- 339 **25** ASYMBOLVM VENIRE VNCTVM ATQVE LAVTVM E BALNEIS
quanta commoda sint seruientis enumerat, quod sine col-
latione laetus atque unctus e balneis rediens otiosus est
341 animo, dominus uero cura et sumptu consumitur. — **27** DVM
SIT QVOD PLACEAT ILLE RINGITVR hoc est stomacho com- 5
342 mouetur et iracundia.* — **28** PRIOR BIBAS PRIOR DISCVM-
BAS haec utique seruorum est quaedam libertas, ut ista
344 prius sibi praestent. — **30** HAEC SI CVM RATIONE INEAS
cum haec igitur ratione collegeris, quam cara sint et sua-
via, sine dubio illum, qui tibi haec praebuerit, praesentem 10
346 deum poteris nominare. — **32** PRIMA COITIO EST ACERRIMA
sola tibi copta et ingressus est arduus, cetera pro uolun-
tate, ut lubebit, inludes.*

α * [6] et facit ringor id est os aperio. unde rictus.

* [13] nam reuera in primo coitu est maximus labor et diffi-
cultas, per periphrasim (perifr- cod.) sumpta translatione.

3.

- 348** **1** EN VNQVAM CVIQVAM CONTVMELOSIUS AVDISTIS FACTAM
INIVRIAM haec scaena tenet controuersiam talem: 'orba 15
proximo nubat' 'orbam proximus ducat' 'bis de eadem re
actio ne sit'. quidam quasi orbam iudicio coactus est
ducere absente patre: pater cum redisset, uult agi an illa
sit proxima: contradicitur. hic prima praescriptio est, quod
non licet ex eadem re aliquid bis agere, et haec pluri- 20
mum ualet. uerumtamen temptatur, ut orba esse dicatur,
temptatur etiam illud, quod in lege positum est, nam
orbam proximus ducat aut decem milia dotis det, ut ac-
cepta dote discedat. uerum hoc frangitur: non licere pro-
pterea, quoniam <in> matrimonio collocata est; esse iniquum, 25

1 ASYMBOLVM] solum *codd.* || 2 quanta — balneis *om.* *L* |
sunt α || 3 ociosum ab animo *G*, *L* || 4 sumpta β || 7 haec
Lindenbr.: hoc *codd.* || 8 sibi prius α || 9 cara sunt et sua via *G*,
caro sit sua via *L* || 11 poteris deum α || 12 sola tibi copta] id est
primus aditus α || 13 libebit *G*, uidebit *L*, lubet α | inludes
Westerh.: -dis *codd.* || 19 hec *G* || 22 <scriptum> est <uel>
positum *L* || 23 uti *G* α || 25 quoniam *om.* *L* | in add. *Klotz*

uti nunc in matrimonium accepta dote data discedat; liberum
 fuisse ante aut ducere aut dotem dare: cum alterum sit
 351 factum, alterum esse non posse. — 4 PRO DEVM INMORTA-
 LIVM hic indignationem sibi suscitat Phormio, quo terrere
 357 possit facile senem. — 10 QVIA EGENS RELICTA EST MI- 5
 SERA IGNORATVR PARENTS quia ipsa diuitiis orba pauperrima
 363 est, idcirco pater nescitur. — 16 CVI IN OPERA VITA ERAT
 expressit paupertatem: cui uictus cotidianus opera quaere-
 366 batur. — 19 SE HVNC NEGLEGERE COGNATVM SVVM narra-
 368 bat, quod se neglegeret hic cognatus suus. — 21 VIDEAS 10
 TE ATQVE ILLVM VT NARRAS seruus narrat pro domino
 sese agere: ‘cognosce te’ inquit ‘atque illum quem lo-
 369 queris’. — 22 NVMQVAM TAM GRAVIS OB HANC INIMICITIAS
 CAPEREM nisi talem uirum crederem puellae patrem, propter
 eam puellam numquam tales inimicitias caperem aduersus 15
 378 dominum tuum in familiam meam. — 31 ADVLESCENS
 PRIMVM ABS TE HOC BONA VENIA PETO prima pars actionis
 est, quaeriturque an illa proxima sit. cui respondet
 382 Phormio scire ipsum qui interrogat. — 35 PROINDE EX-
 PISCARE QVASI NON NOSSES ita a me inquiris, quasi ne- 20
 386 scias. — 39 GETA SI MEMINISTI ID QVOD OLIM DICTVM EST
 SVBICE excidit ei nomen, quod supra (v. 9) posuerat ‘nec Stil-
 phonem ipsum <scire> qui fuerit’: ideo ‘si meministi, Geta,
 id quod olim dictum est, subice’, quod nomen sibi sub-
 393 iectum continuo protulit. — 46 AT SI TALENTVM REM 25
 RELIQVISSET DECEM sic ergo et supra (v. 10) ‘quia egens
 relictam est sola, ignoratur parens’. ‘si rem reliquisset ta-
 lentum decem’ hoc est tale patrimonium, quod in decem
 394 talentis est. — 47 MEMORITER <PROGENIEM VESTRAM VSQVE

1 liberam *L* α || 3 factum sit *G*, esse factum α || 4 qua
G || 7 nescitur *W.*: irascitur *codd.*; ignoratur *Goetz* | opere *G*;
 sic et *infra* || 9 suum <cognatum> β || 10 neglexerit *G* || 11 vt
om. *L* || 12 te *om.* *L* | quem *W.*: cum *codd.* || 13 graues *G*α |
 ob *HANC om.* *L* || 15 eam puellam] quam α || 18 est *om.* *G*α |
 quaeritur que <est> β, quaeritur qua α | cui] cū *G*α || 21 me-
 ministi (-nis α) istud (*om.* *L*) *codd.* || 22 ei] enim *L*, e in α ||
 23 fuerat *L* | <inquit> *Geta?* || 27 sola] misera *Ter.* || 29 *suppl.*
W. duce *Lindenbr.*

AB AVO ATQVE ATAVO PROFERENS memoriter> totam pro-
 396 geniem parentum a summa origine contineres. — 49 ITA
 VT DICIS EGO TVM CVM ADVENISSEM si eius hereditatem
 parerem et uenirem ad petendum, necessitas mihi impone-
 batur, ut unde mihi esset cognata dicerem. nunc cum tu 5
 399 intendas, debes dicere unde sit ista cognata. — 52 DIL-
 CIDE EXPEDIVI QVIBVS ME OPORTVIT IVDICIBVS continuo
 sumit argumentum praescriptionis, cum conturbatus esset,
 403 Phormio. denique concluditur 56 AT TV QVI SAPIENS ES MAGI-
 STRATVS ADI IVDICIVM DE EADEM CAVSA ITERVM VT REDDANT 10
 TIBI QVANDOQVIDEM SOLVS REGNAS ET SOLI LICET HIC IVDICIVM
 409 BIS DE EADEM CAVSA ADIPISCIER. — 62 QVOD LEX IVBET
 DARE DOTEM uictus praescriptione senex ad illam legem
 descendit, ut dotem det, etiamsi sit cognata. cui, ut supra
 413 dixi, respondet 66 ITANE TANDEM QVAESO VT MERETRICEM, 15
 quod utique iniquum est ex eo, quod iam una pars uide-
 tur impleta: aliter ergo iam non potest. rursusque cum
 418 diceret senex 71 PROXIMO <QVIDEM> AT NOS VNDE AVT
 QVAM OB REM, redit etiam parasitus ad praescriptionem
 419/21 72 ACTVM AIVNT NE AGAS. — 74 POSTREMO TECVM NIHIL 20
 REI NOBIS nequiter iam ludit parasitus: 'tu' inquit' senex
 iam alterius aetatis es; addictus filius tuus est'. —
 426 79 TVTE IDEM MELIVS FECERIS hoc ipsum tu recte feceris.
 — METVIT HIC NOS summissiore dictione, quoniam senex
 dixerat 'sic es aduersum me paratus, ut omnia contra 25
 facias?': quae res ostendit iracundiam esse lenitam. —
 429 82 QVIN QVOD EST FERVNDVM FERAS TVIS DIGNVM FACTIS
 FECERIS quare tolerandas sustine res et dignum tuis factis
 438 feceris. — 91 SI TV ILLAM ATTIGERIS SECVS QVAM DIGNVM
 EST LIBERAM reuocat iracundiam, quia ille dixerat (v. 89) 30

3 CVM om. α || 4 pararem G | imponeretur Lindenbr. || 6 cog-
 nata sit ista α || 15 dixit L | respondit L || 17 rursum G | -que
 cum] quae (quē L) cumque codd. || 20 negas (ne negas G) codd. |
 rei nihil α || 22 nequiter Schoell: negoīte codd. || 23 summissiore
 dictione post 25 dixerat codd., transp. W. | senex om. L || 25 scies
 codd. | parasitus codd. || 26 linitam Lα || 27 <ut> tuis codd. ||
 28 sustine res W.: sustinere codd.

'nisi <tu> properas mulierem abducere, ego illam eiciam'
et hic contra 'si tu illam attigeris aliter quam dignum
est liberam, dicam tibi inpingam grandem'.

4.

- 441 1 QVANTA ME CVRA ET SOLlicitvdine affecit gnatvs haec scaena deliberatiuam tenet: deliberat enim senex, 5
an iudicium, quod se absente filius egit, rescindat. dicuntur igitur sententiae ab aduocatis tribus: una dissuadentis,
persuadentis altera, tertia, quae accedere ad sententiam possit, talis est, ut rursus deliberatione opus esse uideatur.
449 est igitur prima pars, cuius principium tale est 9 EGO 10
QVAE IN REM TVAM SINT EA VELIM FACIAS ego, quae tibi
prosint, facere te uolo. deinde ipsa sententia MIHI SIC HOC
VIDETVR QVOD TE ABSENTE HIC FILIVS EGIT RESTITVI IN
451 INTEGRVM. deinde breuiter a iusto 11 AEQVVM ESSE ET
BONVM, an fieri possit ID ET IMPETRABIS. contraria sen- 15
453 tentia sic, cuius principium hoc est 13 EGO SEDVLO HVNC
DIXISSE ARBITROR. ne contradicturus uideatur inimicitias
exercere, defendit contrariae partis patronum, ut dicat
illum 'sedulo', hoc est sine fraude, dixisse quod dixerit,
ac se aliquam probaturum esse sententiam properea, <quia> 20
'quot homines, tot sunt sententiae' et 'suus cuique mos'.
455 denique ait sententiam suam 15 MIHI NON VIDETVR QVOD
SIT FACTVM <LEGIBVS> RESCINDI POSSE ET TVRPE INCEPTVM
EST. hoc utique ab inhonesto dictum nunc intelligimus.
457 tertia illa sententia est 17 EGO AMPLIVS DELIBERANDVM 25
459 CENSEO RES MAGNA EST. — 19 INCERTIOR SVM MVLTO QVAM
DVDVM dicta ratione incertiorem factum se dixit, siquidem
suasit unus, dissuasit alter, contra tertius nihil dixit. —
462 22 QVO<A>D SE RECIPIAT quando redeat.

3 deliberatiua β , -uum (tenet) <statum> α || 7 tribus
Westerh.: rebus codd. || 10 ego] quod codd. || 12 si L α || 15 id ET
IMPETRABIS] Id s.i.. pabit L, temperabis G α || 16 sic] dicitur
Schoell, scilicet Goetz. An sequitur? || 18 patris β || 20 quia add.
W. || 21 mos <est> deinde α || 24 nunc W.: non (om. G) codd. |
intelligit G α || 29 rediret L

III.

1.

465 1 ENIMVERO ANTIPO MVLTIS MODIS CVM ISTOC ANIMO
VITVPERANDVS ES haec scaena rationem gestorum tenet ac
primo conquestionem et obiurgationem, quod dimiserit
timore territus eam quam diligebat neque ei ac sibi attu-
468 lerit patrocinium. — 4 NAM VT ERANT ALIA ILLI CERTE 5
QVAE NVNC TVAE DOMI EST CONSVLERES nam qualiacumque
cetera essent circa te, illi tamen auxilium ferres quae
472 tuae domi est. — 8 SED EA CAVSA NIHILO < MAGIS > DEFE-
CIMVS sed licet te accusaremus, magis ea te causa, quod
474 absens esses, non defecimus. — 10 NVM QVID PATRI SVB- 10
OLET numquid suspicatur pater < *** > sua uoluntate cessisse?
an etiam ei ueniam tribuit, ut eandem uxorem habeam? —
477 13 CONFVTAVIT VERBIS . . . EGO QVOD POTVI PORRO bonum
ordinem seruus tenuit, ut primo dominum, deinde Phorm-
ionem, sic se supponeret ad narrandum quae sint prae- 15
stata adulescenti.

2.

485 1 DORIO AVDI OBSECRO haec scaena petitionem tenet,
quod deliberatiuae saepe genus diximus, quippe, cum leno
peteret argentum ab adulescente, ille dilationem postu-
lavit. hic ergo petitionis modus ab utili, ab honesto et 20
489 ceteris partibus tractabitur. denique opponitur 4 NEQVEO
490 TE EXORARE VT MANEAS TRIDVVVM HOC. — 5 EI METVO
LENONEM NE QVID SVO SVAT CAPITI extra positus adulescens
irascitur 'uereor, ne leno instruat aliquid capitи suo male'. —
492 7 ARIOLARE diuinias. hoc enim pertinet ad illud 'non mihi 25
493 credis?' — 8 FAENERATVM ISTVC BENEFICIVM PVLCHRE TIBI

4 territus timore G, t . . . & irr . . . L, amore et irritus α |
< enim > ei L || 6 est domi G, L || 9 ea] ē a codd. || 10 non
defecimus] L, om. G | NVM QVID] nescio quid codd. ||
11 pater suspicatur sua G, s L; post pater vid. ex-
cidisse Phanium || 12 ei Westerh.: et codd. | habeam G, -at Lα ||
13 CONFVTAVIT] copulabit (cōp- L) Lα || 15 < et > sic G | sint]
scit L, sit α || 25 < id est > diuinias α

DICES hoc ab utili in petitione est positum, quod prodesse
 495 possit, etsi non cesserit tempus. — **10** EXPERIRE NON EST
 496 LONGVM hoc a facili etiam, an fieri possit. — **11** TV MIHI
 500 COGNATVS TV PARENTS hoc a precibus. — **15** VT ME PHA-
 LERATIS DICTIS DVCAS ET MEAM DVCTES GRATIS quia supra 5
 dixerat ‘tu mihi cognatus’, ideo addit ‘phaleratis dictis’,
 cum tenent uerba honestatem et quasi ornamenta. —
502 17 NEQVE *(ANTIPHO)* ALIA CVM OCCVPATVS ESSET SOLLI-
 CITVDINE TVM HOC ESSE MIHI OBIECTVM MALVM uehementer
 ingemisco me hoc tempore cogi agitare, quo Antiphon in 10
 alia sollicitudine occupatus mihi auxilium non potest
505/8 ferre. — **20** vsVS VENIT tibi contigit. — **23** NE PARVM
 LENO SIES aliquantum officii tuamque consuetudinem muta,
515 ut auaritiam refrenes. — **30** HAVD LONGVM EST ID QVOD
 ORAT *(ne)* repetisset ea quae desideraret adulescens, ac 15
 cessit etiam persuasor alias, fieri posse certe facile, quod
516 non sit longum; deinde quod utile, siquidem **31** QVOD BENE
523 PROMERITVS FVERIS TIBI CONDVPLICAVERIT. — **38** CERTE
 HERCLE EGO SI SATIS COMMEMINI TIBI QVIDEM EST OLIM
 DIES QVAM AD DARES HVIC PRAESTITVTA si satis in me- 20
 memoria teneo, praestituta *tibi* dies est, in quam diem pecu-
525 niam huic dares. — **40** IAM EA PRAETERIIT NON VERVM
 HAEC EI ANTECESSIT duo tempora ambo tenuerunt diuersa:
 ‘haec dies numquid praeteriit?’ contra leno respondit ‘im-
 mo retro pedem tulit et propagauit se’ — hoc est ‘ante- 25
531 cessit’ —, ut adhuc futura sit. — **46** SED VT HAEC SVNT
 TAMEN HOC FACIAM exoratus tandem condicionem leno dat,
 ut eras argentum qui prior attulerit ad ducendum prior
533 sit. — **48** MEA LEGE VTAR lenonis, apud quem semper
 commodum prius est.

30

¹ est post positum *G*, om. *L* α || 10 cogi agitare *W*:
 cogitare *codd.*; cogi amare *Westerh.*, hoc agitare *Schoell* | quod β ||
 12 ferre *ante* non α | contigit *Westerh.*: contingit (.... *L*) *codd.* ||
 13 tuque *L* α || 14 referens *L* α || 15 ne add. *W.* | repetisse ea α,
 repetit *G* | desiderat *G* || 17 qvod — 20 si om. *G* || 23 *<et>* ei
 ut vid. *L* || 27 TAMEN] *tibi* *codd.* || 28 prior 2.] potior *Westerh.*
(Ter.), at cf. IV 3, 69 || 29 *<id est>* lenonis α, lenoni β

3.

534 1 QVID FACIAM VNDE TAM SVBITO HVIC ARGENTVM IN-
 VENIAM hic cogitatio est, quemadmodum inuenire breui
 543 tempore possit argentum. — 10 NON TRIVMPHO EX NVPTIIS
 TVIS SI NIHIL NANCISCOR MALI maximum mihi gaudium est,
 si de tuis nuptiis nihil mali patiar, et adhuc me cogis, 5
 547 uti in malo aliud malum quaeram? — 14 VT NVLLVS
 LOCVS RELINQVATVR PRECI ut ex omni parte circumcluda-
 552 mus nostris precibus senis *acres* *(iras)*. — 19 PEDETEMPTIM
 TAMEN paulatim temptando uide an auxilium aliquid possis
 554 afferre. — 21 NE PLVS MINVSVE FAXIS omnia tempta, om- 10
 nia experire, ne aut plus aut minus facias, *quod post in-*
 558 *cuses aut cuius te paeniteat*. — 25 ISTAEC VERO VILIS
 EST amatoris animo pretium non credit pro ea magnum
 562 esse quam diligebat. — 29 PRAESTO EST AVDACISSIME
 QVOD VIS ONERIS INPONE ECFERET optimus ac necessarius 15
 utrimque semper adest, quodcumque onus impositum su-
 566 stinet. — 33 DICAM IN ITERE HINC MODO TE *(AMOVE)* cum
 ad Phormionem ire coepimus, tunc dicam: modo hinc
 discede. uult enim secum solus consilium quaerere, quo-
 modo fieri possit, ut inueniatur argentum. 20

IV.

1.

567 1 QVID QVA PROFECTVS CAVSA ES IN LEMNVM CHREMES
 in hac scaena narratio est itineris, et reuersionis simpli-
 577 cem continet expositionem. — 11 QVID GNATO OBTIGERIT
 ME ABSENTE AVDISTIN CHREMES quoniam praeterito tempore 24

5 si] ... *L*, *om. G* | patior mali α | et] .. *L*, *om. G* ||
 8 senis *acres iras* Schoell: senes aut res *codd.* || 11 aut 2.] ... *L*,
 uel *G* | *quod om. L* || 12 aut *W.*: at *G*, ac *L* | *cuius te W.*:
 te alicuius *codd.* | *ISTAEC*] haec β || 15 *hec feret G, & L* ||
 17 *itinere G (Ter. codd.)* || 18 *coepimus ut vid. L* || 19 *solus*
secum α || 21 *chreme α, L* || 22 *< narrationis atque > reu-*
ersionis <orio> L

senes fecerant pactum, ut filiam Chremetis *uxorem* duceret filius Demiphonis — aliter enim res celari non potest, nisi per huiusmodi nuptias puella iungeretur —, et quoniam nunc per errorem credit filium suum aliam duxisse, idcirco cupit excusatum esse et potius quasi quan-
 dam esse causam, quod uxorem duxerit filius. denique
 578 adiungit **12** QVOD QVIDEM ME FACTVM CONSILII INCERTVM
 FACIT NAMQVE HANC CONDICIONEM SI CVI OBTVLERO EXTRARIO
 rationem reddit, cur ex eo, quod filius eius uxorem du-
 xerit, non eam quam *hic* uoluit, sibi consilium uacillet
 et incertum sit: 'hanc enim condicionem si extraneo ante
 detulero, habeo necessitatem exponendi unde mihi sit; te
 autem fidelem esse mihi ita, quemadmodum ego mihi sum,
cognoueram. at ille uero alienus, ad quem condicionem
 istam defero, si uoluerit affinitatem, tacere poterit, quo-
 usque familiaritas copuletur. sin autem me contempserit
 atque spreuerit, plus sciet quam opus est, siquidem in
 potestate habebit narrare quod comperit. quae res mihi
 magnam sollicitudinem generat, ne aliquo pacto hoc uxor
 mea cognoscat: *est enim mihi non leuis metus*, nam hoc
 si comperit, superest, ut me excludat *et domo egrediar*.
 ego etenim de meis solus meus sum' hoc est: illa diues
 589 est, ego pauper. — **23** NEQVE DEFETISCAR neque laxabo
 neque fatigabor. — ADEO EXPERIRIER semper temptare.

2.

591 **1** EGO HOMINEM CALLIDIOREM VIDI NEMINEM QVAM
 PHORMIONEM haec scaena expositionem tenet quid cum
 Phormione actum sit, uti argentum quaereretur, quod lenion

1 duceres *G* || 3 iungeretur *W.*: *uinc- codd.* || 4 quoniam
post errorem *codd.* | nunc *W.*: *hunc (post per α) codd.* || 5 potius
 et *G* | quasi *om.* *L* | causam quandam esse *α* || 7 incertum
 consilii *α* || 11 *⟨ab⟩ extraneo L, ⟨ab extrario id est⟩ extraneo α* |
 antea *G* || 13 *cognoueram Zeune: -ro codd.* || 16 quoque inter-
 cedet familiaritas *α* || 18 comperit *W.*: *cooperit codd.*; *sic et*
infra 21 || 19 hanc uxorem meam *β* || 20 non *om.* *L* || 23 lassabo
G || 24 fatigor *codd.*, corr. *W.* || 27 sit, *⟨scilicet⟩*?

597 ferri posset pro Phaedria. — 7 VBI PHAEDRIA SE OSTENDERET NIHIL MINVS AMICVM ESSE QVAM ANTIPHONI agebat dis gratiam datum sibi esse tempus, in quo tempore ostendere se posset simili modo se amicum esse Phaedriae, quemadmodum fuerat Antiphoni. nam ipsius opera Antipho 5 uxorem duxerat: rursus ipsius opera Phaedria redimet meretricem.

3.

606 1 EXSPECTO QVAM MOX RECIPIAT SESE GETA uti error cumulari possit, interesse efficitur Antipho: ita enim sumpturnum consilium est, ut secundum legem Phormio uelit 10 illam ducere uxorem, quam habet Antipho, ita tamen si accipiat dotem. hoc autem argentum dotis nomine acceptum uult Phormio Phaedriae dare, ut ipse pro amica meretrice lenoni det, ipse uero Phormio offerendo ac prolatando producat nuptias, si argentum, quod Phaedriae ab amicis 15 promissum est, cum acceptum fuerit, senibus reddatur. ergo hic dolus fit. Antipho praesens autem audit et uere credit Phormionem uxorem esse ducturum. — 5 VENISSE SALVVM VOLVPE EST incolumitas tua ex uoluptate est. —

609/10 9 SIC CIRCVRIRI sic aliquem circumueniri. — 10 NAM HERCLE 20 EGO QVOQVE ID AGITANS MECVM SEDVLO INVENI OPINOR REMEDIUM HVIC REI commendat consilium ex cura, siquidem dicit se, uti etiam ipsi domini fecerunt, de hac re plurimum cogitasse. — 13 IS QVI ISTAM quo facilius cognosci posset 'qui Phormio', breuiter consilium dedit: 'is qui 25 618 istam' aut 'defendit' aut 'cognatam dicit'. — 16 VIDES INTER NOS SI HAEC POTIVS CVM BONA VT COMPONANTVR GRATIA QVAM CVM MALA cur non, Phormio, uides potius,

1 ferre β | possit α | vbi] ut codd. | ostendat L || 3 tempore om. G. || 6 redimet W.: -meret codd. || 8 EXSPECTO] ex eo L α || 12 hoc autem] hic desinit cod. L; de l v. praeſ. || 17 fit W.: sit codd. || 19 uoluptatis ē G | uoluntate codd. || 20 circum iri α || 21 <ut> opinor G || 23 se dicit α | re l, om. G α || 25 possit G | dedit] dicit G || 27 vt om. G α | componamus α (recte?) || 28 GRATIA — Phormio om. l | cur — mala om. G | uide l, ut des α

ut haec cum bona gratia componamus, non mala per in-
 623 iuriam atque litem? — **18** ERVS LIBERALIS EST quia per-
 suasurus Phormioni *aliquid* est, primo terrorem initit, de-
 inde blanditur ab utili, cum dicit ‘dominus liberalis est,
 qui facile donare possit et *lites fugere*’. subiunxit et an 5
 fieri possit, ex auctoritate multorum quod expelli puella
 626 potest. — **21** QVID HIC COEPTAT aliter accipiens serui
 consilium Antiphon irascitur. — AN LEGIBVS DATVRVM POENAS
 DICES SI ILLAM EIECERIT IAM ID EXPLORATVM EST respon-
 sio ex sola promissione est, *hoc est* ‘non id metuimus: 10
 habemus enim certum consilium’. post quaestionem sola
 promissione dissolutam terret, quo facilius persuadeat Phor-
 628 mioni **23** SVDABIS SATIS SI CVM ILLO COEPTAS HOMINE. —
 630 **25** VERVM PONE ESSE VICTVM etiamsi contraria efficiatur
 euentu tota persuasio et facile vincatur Demipho, poena 15
 pecuniae est, *non capititis*, hoc est: condemnari poterit, *quod*
efficerit et liberatus erit, sed pecuniaria ista multa futura
 633 est, *non meruit electionem*. — **28** QVID VIS DARI TIBI IN
 MANVM ERVS VT HIS DESISTAT LITIBVS hoc est: quantam
 pecuniam *in praesenti* accipere uis, ut dominus ab hac 20
 640 lite discedat? — **35** IMMO NON POTVIT MELIVS PERVENIRE
 EO QVO NOS VOLVMVS Chremes arripit consilium, quod suis
 commodis prospicit, uti exclusa ista possit filiam suam De-
 642 miphonis filio collocare. — **37** PRIMO HOMO INSANIBAT quo
 facilius persuadeat, summam necessario dicit maiorem pri-
 643 mo petitam. — **38** LIBVIT hoc est: quantum ei libuit,
quod libitum ei factum est, tantum postulauit. — si QVIS
 DARET TALENTVM MAGNVUM* si aliquis magnum talentum

$\alpha^*[28]$ dicendo ‘magnum’ innuit tacendo esse et minus. nam
 maius appenditur CXX libris.

2 quia om. $l \parallel 3$ est ante Phormioni α | terrorem ... atque
 initit $l \parallel 4$ cum] & $l \parallel 5$ donari α | posset G, potest l | subiun-
 xit et W.: se nñx&c l , sené iüxit et G $\parallel 7$ ēpetat α , temptat G \parallel
 14 contrario α | efficiatur l , efficitur G, (*post euentu*) $\alpha \parallel 15$ et (*post*
facile) l , ut α | poenam pecuniae esse β , poena pecuniae $\alpha \parallel 17$ eie-
 cerit? [sed] ... l , om. G | multatio $\alpha \parallel 22$ fuit commodis l , com-
 modius $\alpha \parallel 26$ ei om. G $\parallel 27$ tantum om. G $\parallel 28$ aliquid $\langle an \rangle$ G

dare uellet. ex hoc summa maior quod petita sit, declaratur.

645 — **40** QVAESO QVID SI FILIAM SVAM VNICAM LOCARET ut, inquit, ostenderem ei iniuste petitam summam, *hoc ei dixi* 'quid? si tu unicam filiam tuam in matrimonium collo-

646 cares, tantundem dotis dares?' — **41** PARVI RETVLIT NON 5 SVSCEPISSE contempsisti illum propterea, quia non suscep- perit filiam; sed pari modo etiam dominus non suscepit

649 et inuenta est quae dotem petat. — **44** HAEc DENIQVE EIVS FVIT POSTREMA ORATIO EGO INQVIT IAM A PRINCIPIO AMICI FILIAM* oratio inducitur Phormionis ad summam 10 necessariam persuasione uenientis. ac primo causa ponitur, cur non ante eam duxerit, quod opus argento sibi fuerit: 'nam iniquas nuptias pauperis ac diuitias futuras esse cre- debam; idcirco autem non duxi, quia eam uolui ducere, quae afferret aliquid, unde dissoluerem quae debebam. 15 ergo si haec dabit quantum promisit illa quae sponsata est mihi, non dubium est, quin hanc uelim ducere uxorem'.

661 — **56** AGER OPPOSITVS PIGNORI EST OB DECEM MINAS* no- luit semel summam proponere, ne magnitudo terreret, sed perscite paulatim rerum necessiarum cum ratione summa 20 concluditur. denique concitatus decem minas promisit **57** IAM 664 DABO. senex concedit: *hoc enim dixit* **59** NE CLAMA PETITO HASCE DECEM A ME ego tibi has decem minas dabo. adiecit propter ancillam et supellectilem esse alias decem minas 668 necessarias, et sic rationali petitione summa est. — **63** SE- 25 SCENTAS PERINDE SCRIBITO MIHI DICAS magnitudine summae

$\alpha^*[10]$ per ethopoeiam (aethopeiam cod.).

*[18] id est: agrum dedi loco pignoris, id est uadimonii, ob decem minas, quarum singulae XXX solidis appenduntur.

2 s.u.f.α || 3 ostenderet (*om. ei*) *G* || 4 tu *om.* *G* | unicam post tuam *G* || 6 <*sed*> contempsisti *codd.* | istud α | suscepis Westerh. | nam sic cepit *codd.*, corr. *W.* || 11 peruenientis per- suasione α || 13 pauperes ac diuitiae et credebant *G*, corr. *W.* || 14 idcirco autem] et idcirco α | ducere uoluit α || 15 soluerem *G* | quod α || 18 positus *G* | est pignori α || 19 semel] simul Zeune, at cf. *Don.* || 23 adiecit — summa (*add. effecta?*) est dum propter ancillas et supellectilem inter omnia ad XXX minas peruenit α || 26 mihi scribito *G*

excitatus exclamat 'quas uelit calumnias mihi et causas Phormio indicat'. positum est autem 'sescentas' pro quantis libet, ut (*Cic. in Verr. II, I 47, 125*) 'possum sescenta de creta proferre'. — **65** QVAESO EGO DABO QVIESCE TV MODO <con>sensum commodat senex, dummodo filia sua nubat 5
670 Antiphoni. — **68** MEA CAVSA EICITVR *propter me ista*
673 *eicitur*: iustius est, ut ego perdam. — **69** QVANTVM POTES
674 *ME INQVIT CERTIOREM FACITO* quia leno crastinum diem constituit, cum dixit (*III 2, 46—48*) 'miles cras mihi argen-
 tum se dare *dixit*: *mea lege ular, ut prior sit, qui prior 10 ad dandum est*', idcirco celeriter dari argentum desiderat. —
678 **73** QVAE QVIDEM ILLI RES VERTAT MALE *hoc est*: inde minus sumat, cui ex necessitate sum daturus, ut (*Verg. Ed. IX 6*) 'hos illi — quod nec bene uertat — mittimus 680 haedos'. — **75** FRVCTVM QVEM LEMNI UXORIS REDDVNT PRAE- 15
DIA quem fructum apud Lemnum reddunt praedia uxoris meae. — **76** TIBI OPVS ESSE DIXERO si pecuniam uxor quaerere uoluerit, dicam quod tibi opus fuit.

4.

682 **1** GETA QVID EGISTI in hac scaena iracunde interro-
 gat dominus, at seruus simpliciter interrogari se credens 20
 narrat quid egerit: EMVNXI ARGENTO SENES a senibus argen-
 tum abstuli. ita et reliqua aliter interrogatus aliter respon-
690 sionem suscepit. — **9** QVID MINVS VTIBILE FVIT QVAM HOC
*VLCVS TANGERE** *hoc est*: <***> *hoc ulcus contingere*, siquidem
 inmissa patri spes est uxorem extrudi* posse. at nunc si 25
 Phormio accepit dotem, nempe ei ducenda est uxor. sed

$\alpha^*[24]$ est autem ulcus, quod ex se in carne nascitur.
 $*[25]$ id est expelli.

2 inducat *G* | autem est α | quantis nubet *codd.*, corr. *W.* ||
 3 uti *codd.*; ut Cicero *Westerh.* || 5 consensum *W.*; ass- *Westerh.* ||
 6 eicietur *G*; sic et *infra* || 7 iustius *W.*: ipsius *codd.* | ego ut
 α || 9 se argentum α || 13 m̄ m̄ sūmat *G* | ut <*uirgilinus*> α ||
 17 esse opus tibi *G* || 20 ac α || 21 <*id est*> α || 24 *lac. sign.* *W.*;
 inutile fuit *vel sim. suppl.* || 26 nempe — *uxor*] *uxorem ducet α*

*causas
quar-
scen-
tia
modo
nubat
ista
potes
con-
argen-
prior
at.
inde
y. Ed.
ttimus
PRAE-
uxoris
UXOR*

quid fiet si eam non duxerit? argentum reddet. ita nostra causa ibit in neruum, hoc est in periculum, sicut supra (II 2, 11) dictum est de Phormione 'uereor, ne istaec fortitudo in neruum erumpat denique'. — 15 NIHIL EST AN-
696 *TIPHO QVOD NON MALE NARRANDO POSSIT DEPRAVARI quod- 5 cumque est, facile mala narratione deprauari potest et a bonitate deduci. — 24 QVOT RES POSTILLA MONSTRA EVE-*
705 *NERVNT MIHI ordo: postilla quot mihi res euenerunt, quae res monstra sunt. — 27 INTERDIXIT ARIOLVS* <ARVSPEX>*
VETVIT ANTE BRVMAM AVTEM NOVI NEGOTII QVID INCIPERE 10 ordo: aruspex autem uetuit noui quid negotii ante brumam incipere.

α * [§] fingit causas, quibus protrahendo nuptias interea uotis fruerentur. aruspex autem et ariolus hoc differunt, quod ariolus diuinat de humanis, aruspex de diuinis. canis intrans et gallina cantans malum omen significant.

5.

*terro-
redens
argen-
respon-
m HOC
uidem
unc si
sed*

713 *1 QVIETVS ESTO INQVAM EGO CVRABO NE QVID VERBO-*
RVM *hac scaena Demiphonis continentur uerba promittentis fratri omnia se esse facturum, uti Phormio cogatur et 15*
715 *argentum accipere et uxorem ducere. — 3 VT CAVTVS EST VBI NIHIL OPVS EST iam notat senem, quod illic diligens sit, ubi opus non sit, propterea quoniam argentum non*
716 *uere Phormioni dabitur, sed Phaedriae. — 4 MATVRA DVM LIBIDO HAEC EADEM MANET* *accelera, dum uoluntas permanet. 20*
quo facilius caritas esse doceatur, admonet celeritatis. —
722 *10 NOS NOSTRO OFFICIO NIHIL EGRESSOS ESSE quod oportebat nos secundum officium nostrum fecisse atque complesse, quippe qui tantum dotis dederimus, quantum poposcerat Phormio. —*
723 *11 QVID TVA MALVM ID REFERT quid id ad te attinet? 25*
'malum' autem interiectio est nihil significans. — QVID

*r. W.
sterh.
ego ut
s> a
n. W.;
uet a*

3 uereor de phormione *G | ne]* ut *codd.* || 5 *qvod non]* quin *Ter. | deprauarier Ter.* || 11 *ante om. G || 14 hac]* hec *G, in α |* 18 *non om. α | quam G || 20 <id est> accelera α | uoluptas G |* permanent] est α || 26 est <irrascentis> α

TVA REFERT quid tibi prodest? cui subiungitur MAGNI DE-
 726 MIPHO hoc est: magni refert. — 14 MVLIER MVLIERI MAGIS
 CONGRVIT feminae femina magis poterit persuadere.*

α^* [3] partes enim uirorum uiros, feminarum feminas, ut docet Horatius (?), agere conuenit.

V.

1.

728 1 QVID AGAM QVEM <MIHI> MISERA AMICVM INVENIAM
 haec scaena est, quae soluit errorem. *anus quoque Sophrona* 5
egreditur: comperto, quod excludi habet a nuptiis puella,
quaerit auxilium: inuenit senem patrem et narrat, quem-
admodum res gestae sint, et se ab hoc facto, quod puella
nupserit, excusat per ueniale statum, quod hoc quod
 730 *factum sit necessitate sit factum. — 3 NAM VEREOR ERA* 10
NE OB MEVM SVASVM INDIGNA INIVRIA AFFICIATVR uehementer
pertimesco, ne Philumena propter meum consilium graui
 732 *afficiatur iniuria. — 5 NAM QVAE HAEC ANVS EST ordo:*
quaenam haec anus est? Virgilius (Georg. IV 445) 'nam
quis te, iuuenum confidentissime' pro quisnam. — QVOD 15
VT FACEREM EGESTAS ME LMPVLIT hic est tota illa purgatio,
quod inopia fecit, ut puellam illam in matrimonio collo-
caret, cum firmas nuptias esse crederet, quod absente patre
filius duxisset uxorem. quamquam temptat etiam quandam
 734 *compensationem, cum dicit 7 VT CONSULEREM VITA VT* 20
 735 *TVTO FORET hoc est: feci, sed et profui. — 8 NISI ME ANIMVS*
FALLIT AVT PARVM PROSPICIVNT OCVLI duobus modis con-

3 feminae feminae α || 5 <in> hac α | soluit] solū (*post*
errorem α) *codd.* | errorem <continet> male *suppl.* *G* | Sophrona
ante quae α || 6 compato *G*, patiens α | habeat α || 9 exclusam
 α | quod 1.] quia α || 11 suasum <solacium indigne> indigna *G*
(gloss. et var. lect.) || 14 est] ut α || 15 qvod om. *G* || 16 compilut
G | praerogatio *l* || 17 illam om. *G* | in om. *l* α || 19 uxorem du-
 xisset α || 20 vt 1.] ut id *l* | uitā *G* α || 21 hoc — profui *W.*: hic
 enim fecisset et profui *G*, . . . est profui *l* || 22 contemptam *G* α

ceptam ueritatem tenemus: dum et oculi prospiciunt et animus per pupillas integer foras mittitur, ne uisus aliquo errore fallatur. — **13** ESTNE HIC STILPHO cognitum dominum eo nomine appellauit, quo apud uillam. sed quoniam in ciuitate nunc est, ubi hoc nomine dicebatur, Chremes ⁵ scilicet, idcirco nomen negauit metuens, ne uxor sua hoc possit agnoscere. denique admonet, ut a foribus paululum concedat et non iam se hoc nomine appelleat. — **19** EFFV-
740 TIRETIS uerbose aliiquid diceretis. — **20** ISTOC POL NOS
746 TE INVENIRE MISERAE NVMQVAM POTVIMVS haec causa est, ¹⁰
747 cur te non potuimus reperire, quod hoc nomine nuncu-
749 paris. — **22** MISERAM ME interrogata Sophrona anus 'ubi illae sunt?', quasi dolitus dominus esset, cum audisset uxorem mortuam, prius gemitum commodauit, cum ille accepturus aliter sit: quippe leuabitur *cura*, ne *duae uxores* ¹⁵
750 in una ciuitate sint. — **23** EX AEGRITVDINE MISERAM MORS
 CONSECVTA EST breuiter et casus et causam ostendit. —
751 **24** EGO AVTEM CVM ESSEM ANVS IGNOTA EGENS DESERTA hic iam purgatio est illa ueniali statu posita, cum dicit necessitate factum, quod 'anus' fuerit, quod 'egens', quod ²⁰ 'ignota', et tamen non admodum male *consuluerit*, cum adulescenti et diuini dederit, de quo dixit **26** HARVM QVI
754 EST DOMINVS AEDIVM.* — **27** QVID AIS miratur potius quam interrogat: id enim audiuit, quod fieri per nota cupiebat. — **30** QVAM SAEPE FORTE TEMERE EVENIVNT QVAE ²⁵
757 NON AVDEAS OPTARE frequenter obtinentur per casum atque fortunam quae uix optare quis audeat. *nam modo inueni*
α[23] multo enim honestius aliquam personam interdum aut ab officio aut a negotio designare quam puro nomine.*

1 et 2.] cum β || 2 per pupillas] pupulos *l*, populi *G* | integer post mittitur α || 3 cognitum dominum] Chremetem α || 4 appellat α | quo *W.*: quod *codd.* | uillam] Lemnum <uocabatur> α | sed *Zeune*: et *l*, fuit *G* || 6 <qui> idcirco α | hoc *om.* *G* || 7 posset agnoscere <quae morabatur athenis> α || 8 hoc] eo *G* || 11 *cur*] quare *G* || 13 illa est *codd.* | dolens *l* | dominus esset *W.*: dñs *G*, dnē α , *om.* *l* || 15 cura n̄ *G*, ... an *l* || 20 ignota ... egens *G* || 21 cum *om.* *G* || 23 *AIS non est Ter.* || 26 obtinentur] obtingunt ea α || 27 exoptare *l* (*recte?*)

filiam nuptam cum eo, cum quo esse cupiebam, et eam
 diligi, quod quidem magna nos cura et opera ut fieret la-
 borabamus; at nunc sine cura nostra sola haec anus cuncta
 762 compleuit. — 35 NVNC QVID OPVS FACTO SIT VIDE nunc scies,
 quid uotis maximis petamus. quasi admonet senem, uti 5
 prospiciat filiae, quod adulescentuli pater iracunde ferat
 764 filium suum duxisse uxorem se absente. — 37 SED PER
 DEOS ATQVE HOMINES ut retorquere aniculae posset silent-
 tium, ne aliqui eius esse filiam agnoscerent, per deos atque
 765 homines rogat potius quam terret. — 38 NEMO EX ME 10
 SCIBIT docta responsio: nostri etenim silentii promissio esse
 debet. res enim alio pacto fortasse possit agnosciri: quod in
 nobis est, nostram taciturnitatem debemus polliceri.

2.

766 1 NOSTRAPTE CVLPA FACIMVS VT MALOS EXPEDIAT ESSE
 haec scaena uerba tenet Demiphonis reuertentis, poste- 15
 quam argentum datum est: 'nostra ipsa culpa facimus,
 uti mali malos esse cupiant, dum nobis in bonitate per-
 768 seuerare cupimus'. — 3 ITA FVGIAS NE PRAETER CASAM
 QVOD AIVNT in prouerbio hoc est 'cum fugias, non ante
 casam, sed in casam': etenim stultum est cum auxilium 20
 habere possis, ante illam fugere, non in illam. utique enim
 771 auxilium tuae domus debes petere, non alienum. — 6 PLA-
 NISSIME HIS NVNC PRAEMIVM EST QVI RECTA FACIVNT PRAVA
 sine dubio namque munus ac praemium his datur, qui, cum
 sint mali, <e> rectis praua faciunt, cum nos benigni uolu- 25
 773 mus esse et postulata concedimus. — 8 MODO VT HOC CON-

2 opere l G, corr. W. | laboramus G || 7 sine cura nostra
 om. l || 4 nunc scies W.; nescies l G || 5 quod G | maxime l |
 petebamus G | monet <anus> ut senex α || 6 <et> quod G,
 quia α | fert iracunde eum se absente duxisse α || 7 filium
 suum ante iracunde G | SED] Et G, At ille α || 9 ne aliquis ...
 recognosceret l, ne suam filiam quisquam resciscat post terret
 <aniculam> α || 12 quid l | in W.: id l G || 13 est om. l ||
 15 reuerten...tea mandatum est argentum l || 20 enim l G ||
 21 in om. G || 22 alienae α || 23 nunc his G || 24 namque om. l
 qui mali sunt & directa praua l || 25 e add. W. | cum] si l ||
 26 et om. l | concedamus l

SILIO POSSIT DISCEDI ne paeniteret dominum amplius pecuniae datae, terroris aliquid seruus adiecit: uideri suggestum, si modo perseueret, ut ille eandem quam promisit ducat 776 uxorem. — **11** ITA FACIAM VT FRATER CENSVIT mandatorum memor pergere ad uxorem uult, ut eam ducat ad 5 puellam et persuadeat puellae, uti cum uoluntate discedat 778 a uiro. — **13** ARGENTVM INVENTVM EST PHAEDRIAЕ secum loquitur seruus acta enumerans et quod argentum sit inuentum constituens: ‘inuentum est argentum Phaedriae, quod lenoni det: lis nulla proferetur Phormioni, nam Phormio 10 ducturus est uxorem secundum dictum’. sed *⟨si⟩* repetitur 780 argentum? ita **15** IN EODEM LVTO HAESITAS hoc est: pari in re uersaris VERSVRAM SOLVENS* creditorem mutans. cui respondetur ‘sed praesens malum in futurum abiit et plagae crescunt: ergo inspice’. his consilium confirmauit, quid facere 15 debeat.

α[13] (VERSVRAM SOLVES)* id est pro calliditate poenas lues.
unde uersipellis.

3.

784 **1** AGEDVM VT SOLES NAVSISTRATA FAC ILLA VT PLACE-
TVR NOBIS sicut adsoles, benignitatem tuam praesta, effice,
ut placetur nobis, ne se dicat electam, sed cedat propria
786 uoluntate. — **3** PARITER NVNC OPERA ME ADIVVAS *⟨ita 20*
nunc me adiuuas⟩ opera tua, cum uadis ad puellam per-
787 suasura, quemadmodum ante m*⟨hi⟩* o*⟨pitulata es, cum a te⟩*
rem accepi. — **4** AC POL MINVS QVEO VIRI CVLPA QVAM ME

2 terroris Zeune (cf. *Don.*): et erroris *l*, erroris *G α | adie-*
cisse uidetur suggestum sit modo ille perseueret et eandem G ||
3 quam] ut α || 5 uult] fratri deliberat *α || 6 et] ac l | ⟨ipsa⟩*
puellae persuadeat α || 7 est inuentum G || 9 Phaedriae argen-
tum l || 10 proferetur Zeune: -ratur l G | Phormionis G | nam
W.: ne G (de l non liquet) || 11 si add. W. || 12 hac (om. est) l |
pari in W.: parū Gα, in l || 13 solues α || 14 sed] scilicet l | et]
sed l || 15 hic l | confirmatum G || 18 effice om. G || 19 placata
nobis sit l (recte?) | cedat W.: credit G, -tur l || 20 ita — ad-
iuuas suppl. W. || 21 persuasura ⟨ut sponte abeat⟩ α || 22 mihi
— accepi *W.: more accepit G (de l non liquet)*

DIGNVM EST facio quidem, sed non tantum quantum me
 788 dignum est facere possum propter uiri culpam, 5 QVIA
 POL MEI PATRIS BENE PARTA INDILIGENTER TVTATVR *siquidem ex his praediis bina talenta percipere solebat, tuite uix*
 790 *nihil quod afferre.* — 7 *STATIM CAPIEBAT hoc est perpetuo et* 5
coniuncte. — *VIR VIRO QVID PRAESTAT inter uirum et uirum*
 793 *quid interest.* — 10 *PARCE SODES cum uidisset mulierem*
domi forisque iracundia suscitatam — *est enim natura mulie-*
rum, uti de uiris querantur, maxime si ipsae diuites sint —,
eam temperare continuo uoluit dicens causam, cum puella, 10
quam persuasura sit ut discedat, non leue uerborum futu-
rum esse certamen.

795 12 *<EHEM> DEMIPHO egreditur Chremes: recognito, quod*
illa filia sua sit, a Demiphone quaerit, an datum sit
argentum. quia uidet tamen diuelli uxorem non posse, 15 *dicit non posse abduci, causam ponens quod uterque se diligat,*
et dicit se comperisse, quod illa sit cognata. quantum
potest, in memoriam reuocare uult signis quibusdam, quo
Demipho intelligat filiam suam [cognatam] se comperisse,
 803 *quoniam confiteri non potest uxore praesente.* — 20 *VIDE* 20
<NE IN COGNATAM PECCES uide>, inquit, ne tu in hac <re>
peccatum cognatae facias, quod occulte intelligi 'filiae tuae'
 807 *uoluit.* — 24 *ITA ME SERVET IVPPITER interrogatus saepius*
Chremes iureiurando uult sibi probatum esse, quod illa
 811 *cognata sit, sicut iam interrogatio designat* 28 *VIN SATIS* 25
QVAESITVM ISTVC ESSE uis concedam tibi, ut hoc quae-

1 non et 2 possum (*hoc om. G*) post culpam α || 3 parta
 <*praedia*> α | *TVTATVR*] seruat *codd. (gloss.)* || 4 *fort.* uir autem nihil
 habebat quod afferret || 7 *<id est> interest* α | *mulierum uidisset* α
 8 *naturale* α || 9 *maxime post ipsae G | ipsi α || 11 quam] q G*
ne ... esset G || 13 *recognita α || 14 quaerit a demiphone α* ||
 15 *argentum <quod datum nollet, tamen generaliter dicit abduci*
non posse et hoc prospiciens non aperte hoc loquitur, quod Phormioni
nollet argentum dari. generaliter> tamen α | dicit abduci
non posse α, abduci G || 17 *sit illa α || 18 quo W.: quod codd.* ||
 19 *cognatam (post esse pro se α) del. W.; gnamat (del. filiam)*
Schoell 20 *quoniam — praesente post 25 designat G* || 21 *NE —*
uide suppl. W. | tu — peccatum W.: dū hac pett G

ueris? quid deinde faciemus de 'illa amici filia'? hoc est
 814 de tua, quod uult intelligi. — **31** *SIC POL COMMODIVS IN*
OMNES ESSE ARBITROR *hoc arbitror rectum factum et circa*
omnes esse utile. ut illa maneat propterea, *<quia>* liberalis
est uisa: non enim decebat filio excludi coniugem. — ⁵
 819 **36** *HEVS NE FILII QVIDEM NOSTRI RESCISCANT VOLO* ita silentium
 huius rei cupio, ut ne filii quidem nostri audiant.

4.

820 **1** *LAETVS SVM VT MEAE RES SESE HABENT* Antipho
 adulescens ignorans, quod comperta sit uxor sua *filia esse*
Chremetis, iam non tristis est et secum loquitur fortunas ¹⁰
dicens Phaedriae meliores esse propterea, quod in tali
cupiditate sit, quam breui opere et parua mercede comple-
uerit: 'qualescumque' inquit 'meae fortunae sunt, licet tristes,
tamen propter fratrem laetus sum ex eo, quod ei contigit,
 821 *quod desiderauit'.* — **2** *QVAM SCITVM EST* EIVSMODI IN* ¹⁵
ANIMO PARARE CVPIDITATES <hoc> est: quibus mederi facile
 825 possim, cum aduersi forte aliquid contigerit. — **6** *QVIN*
SI HOC CELETVR IN METV SIN PATEFIAT IN PROBRO SIEM ita
 826 *mihi periculum est semper, quicquid euenerit.* — **7** *NEQVE*
ME DOMVM RECIPEREM NISI SPES MIHI ESSET OSTENTATA HVIVS ²⁰
HABENDÆ quod Phormio dilationem petiturus sit.
α[13] pulchrum et elegans est admodum.*

5.

829 **1** *ARGENTVM ACCEPI TRADIDI LENONI* haec scaena iactantiam Phormionis insinuat, quod consiliis suis quae
 830 uoluerit cuncta compleuerit. — **2** *CVRAVI PROPRIA VT PO-*
TIRETVR effeci, ut propriam haberet Phaedria, siquidem ²⁵

2 *tua <scilicet> α | uult intelligi] quia aperte non potuit,*
occulte dixit α || 4 quia add. W. || 10 fortunas — esse] laudans
fortunas phaedriae α || 14 contingit G || 15 huiusmodi G, tales
α || 16 praeparare G | cupiditates ante in α, om. G | hoc add.
W. || 17 possit α | aduersum aliquid forte α || 18 celetur <patri>
G || 21 periturus G, corr. W. || 22 iactationem α || 23 insinuat]
continet α

832 EMISSA EST MANV.* — 4 NAM ALIQVOT HOS SVMAM DIES
 834 hoc est: dilationem petam. — 6 QVO PACTO SATIETATEM AMORIS
 AIT SE VELLE ABSVMERE quemadmodum amorem suum dispo-
 836 nit. — 7 VICISSIM PARTES SVAS ACTVRVS SIS quemadmodum
 tu propter facinus ductae uxoris patrem fugisti, ita etiam 5
 ille propter meretricem afuturus est rogauitque te, ut cau-
 sam pro se dices.

$\alpha^*[1]$ tribus enim modis fiunt liberi, id est censu, uindicta
 uel manumissione. et censu quidem, quo se redimit capti-
 uus, posito in libra ante magistratus urbis liber efficitur;
 uindicta uero est uirga, qua in conspectu omnium tactus
 absoluebatur; manumissio quoque uerbo ubilibet fiebat.

6.

841 1 O FORTVNA O FORS FORTVNA haec scaena totum
 soluit errorem, quod puella est cognita, quod conceditur
 Antiphoni. nam Geta seruus narrationem supponit, quae 10
 docet, quemadmodum cognitio sit effecta. 'fors fortuna'
 euentus fortunae est, 'Fortuna' autem ipsa dea est. —
 844 4 QVIN HVNC HVMERVM ONERO PALLIO saepe dixi istas
 comoedias esse palliatas, ubi personae sint Graecae, ut in
 Eunicho (IV 6, 31) 'attolle pallium'. sunt autem togatae, 15
 848 ubi personae Romanae sunt. — 8 NVM MIRVM AVT NOVVM
 EST REVOCARE CVRSVM CVM INSTITVERIS quasi quadam con-
 suetudine istuc contigit, uti, cum mali quid deposueris,
 849 reuocares. — 9 NVMQVAM TV ODIO TVO ME VINCES num-
 850 quam tua pertinacia me reuocare contendes. — 10 VAPV-
 LABIS dictum, quod sibi dici debuerat, minitatur ipse. —
 851 11 FAMILIARIOREM ESSE HVNC OPORTET hoc est ita seruum,
 852 ut et nunc sum. — 12 CONGREDERE ACTVTVM cito me

1 hos om. G || 2 id est α || 8 FORTVNA O FORS om. G ||
 9 terrorem α || 11 <o> fors α || 12 <id est> euentus α || 13 <ex>
 honero α | istas <personas in> comoediis α || 14 ubi W.: ut
 codd. | sint] ostendantur ex habitu esse α || 15 attollo codd.
 togae codd., corr. Zeune || 16 ubi] si α || 19 <id est> numquam
 pertinacia tua α || 20 contendes] poteris α | upulabere id
 quod α || 23 <id est> cito α | mecum ueni codd.

854 conueni. — **14** NAM SINE CONTROVERSIA AB DIS SOLVS DI-
LIGERE ANTIPHO hoc est: nulla dubitatione, nulla quaestione
856 ab dis manifestum est quod diligaris.* — **16** SI TE DELI-
BVTVM GAVDIO REDDAM si te* madentem laetitia reddam. —
857 ENECAS me crucias. — **17** QVIN TV HINC POLLICITATIONES 5
AVFER tolle de medio promissiones solas et rem potius
859 narrato. — **19** MODO ARGENTVM TIBI DEDIMVS huic nar-
rationi initium est, unde oportuit, sumptum: adeo, quod in
potentia *tua* fuerat, cum tibi dedimus, missus a domino
sum ad uxorem tuam, Antiphon. cum in gynaecium ire 10
coepissem*, puer quidam Mida me pallio comprehendit ac me
prohibuit intro *ire*: dixit Sophronam nutricem cum Chremete
introgressam. id ego sollicitus accessi, spiritum uocemque
compressi* captans sermonem: audiui pulcherrimum faci-
nus, quo paene exclamaui gaudio et cognoui, quod patruus 15
874 tuus uxori tuae Phanio pater sit. — **34** ALIQVID CREDITO
PHORMIO ESSE CAVSAE quod Phormio fecerat quaestionem,
an ueri simile esset, ut illa patrem suum nesciret, seruus
inquit ‘crede aliquid esse causae, ut ipsa nesciret, sed me
scire non potuisse cuncta quae intus agebantur’. huic rei 20
argumenta proferuntur haec, quod Phanio pater Chremes
sit, siquidem ‘egreditur patruus *tuis foras*, cum tuo patre
regreditur rursum intro’, quod ‘uterque dixerunt tibi potestatem
iam puellae facere et me nuntium huius rei esse uoluerunt’.

*α** [3] quippe controuersia est contradictio ex affirmatione et
negatione eiusdem rei, unde nascitur status.

* [4] repletum (*add. et*)

* [11] γυνή (gin&h cod.) Graece, Latine mulier: inde gynae-
cium (ginec- cod.) locus, ubi mulieres operantur.

869 * [14] Virgilius (*Aen. II* 774) ‘uox faucibus haesit’. — **29** PVL-
CHERRIMVM FACINV^S est enim et turpe, dum facinus pro
bono et pro malo facto accipitur.

2 id est *α* | nulla ... nulla] sine ... sine *α* || 6 promis-
siones tolle *α* || 9 tua *add. W.* || 12 intro duxit *G*, corr. *W.* ||
15 *cum* gaudio *α* | patruus — CREDITO om. *G* (*de l non liquet*) ||
17 quod] quoniā *α* || 19 crede *Westerh.*: credo *codd.* | scire post
agebantur *α* || 21 pater phanii sit chremes *α* || 22 egreditur *W.*:
cred- *codd.* || 23 regreditur *W.*: egr- *G*

(7.)

885 2 SVMMA ELVDENDI OCCASIO EST MIHI NVNC SENES
 posteaquam puellae cogniti sunt parentes, Phormio consiliū reperit, quemadmodum propter argentum, quod Phaedriae datum est, senes ludat, *uti non reddatur*: fingit quippe se uxorem *eam* uelle ducere, quae iam separari 5 non potest, ut, cum illi non dederint uxorem, necessario dotem perdant. hoc enim dixit ‘nam argentum, quod datum est, ingratis’ inuitis ‘arripietur et erit ita datum,
 889 quemadmodum fuit’. — 6 HOC QVI COGAM hoc unde agam et perficiam, ipsa ratione cognoui.

10

8.

894 1 DIS MAGNAS MERITO GRATIAS HABEO ATQVE AGO haec scaena concertationem tenet Phormionis parasiti et senum: illi argentum repetunt, hic pugnat ex pacto, uti aut argentum perdant aut uxorem dent. quae res statum continet qualitatis negotialis, qui quidem ita proponitur (*v. 34*) 15
 897 ‘nam non aequum est me propter uos decipi’. — 4 PRIVS
 903 QVAM DILAPIDET perdat atque consumat.* — 10 QVANTA
 HAEC MEA PAUPERTAS EST TAMEN ADHVC CVRAVI VNVM fingit
 se fidelem esse: ‘licet’ inquit ‘paupertas in me sit, tamen
 911 curauit, ut mihi semper fides sit’. — 18 NAM QVI ERIT POPVLI
 RVMOR INQVIT causam reddit senex, cur non pacta seruet:
 quod rumoris infamiam metuens puellam de domo nolit
 915 eicere. — 22 ILLVDITIS ME etiam accusatiuum regit casum.
 922 hoc uerbo frequenter utitur. — 29 IVBE RESCRIBI quoniam

* [17] unde dilapidatores dicuntur prodigi et luxuriosi.

1 mihi est *G* || 4 fingit quippe] quippe habet α || 5 *eam* uxorem *G* || 8 inuitis *fort. del.* | accipietur *G* || 15 negotialis qualitatis α | qui *l*, om. *G* α | equidem ita *G*, ita quidem α || 17 <id est> perdat α || 19 esse om. *l* || 20 ut mihi om. *l* || 22 noluit β || 23 casum regit hoc uerbum α

argentii acceptio per scripturam fiebat*, ideo 'rescribi',
 937 quod est renumerari. — 44 ENIMVERO SI ODIOSI ESSE PER-
 GITIS conturbatus senum iracundia ac uiolentia Phormio
iam uult prodere, quod aliam Chremes habuerit *Lemni*
 938 uxorem. — 45 VOS ME INDOTATIS MODO PATROCINARI FORTASSE 5
*ARBITRAMINI ETIAM DOTATIS SOLEO** 'indotatis' dixit Phanio*,
 948 'dotatis' dixit uxori Chremetis*. — 55 ME LVDIFICAMINI
 964 me luditis. — 71 GLADIATORIO ANIMO quo iam perituri
 981 facile alios uulnerant. — 88 HVC SI QVID LIBET ad domum
scilicet uxor. 10

α* [1] quae uocabatur chirographum

* [6] usus plurali pro singulari

* [6] quae sine dote nupserat.

* [7] cui patrocinari uolebat prodendo riualem.

9.

990 1 QVIS NOMINAT ME in hac scaena reus senex fit
malaे tractationis, quod aliam in uilla uxorem habuerit.
 1004 est autem status uenialis. accusatio uero hinc incipit 15 IN
LEMNO CLAM TE VXOREM DVXIT, cuius comprobatio magni-
 fice impleta est, *quod adiecit* 17 ET INDE FILIAM SVSCEPTE: 15
 1010 unde indignata ^thic ad uxorem conuertitur. — 21 VBI
AD VXORES VENTVM EST TVM FIVNT SENES tum meliores satis
 1011 *sunt, cum uentum est ad uxores**. — 22 [DISTAEDET id
est ualde pudet.] — obiurgatio ipsa ratione: 'frequenter
ibat in Lemnum et illic diutissime manebat: merito apud 20
α[18] abhinc usque ad finem continuatim pulcherrimus statuum*
et figurarum ordo contexitur.

1 ideo <ait> α || 2 id est α | renumerari <iubet> G | ESSE
om. β || 3 ac] et *l || 4 Lemni] ... l, om. G || 6 dixit indotatis α ||*
7 dixit] uero id est α || 8 ludebatis G, <id est> luditis α | quo
iam] qui etiam α || 9 LIBET] debet G || 11 Qui α || 13 uera G ||
14 comprobatio W.: impr- codd. || 15 completa α || 16 hic uxor
est et conuertitur α; fort. uxor ad Demiphonem conuertitur ||
18 DISTAEDET — pudet secl. W. || 19 ipsa ratione] indignatione
et argumentis plena, quam Demipho per deprecationem mitigat α

Lemnum in fructibus uilitas dicebatur. hinc defensio est,
 1014 cuius rei hoc principium est **25** EGO NAVSISTRATA ESSE
IN HAC RE CVLPAM MERITO NON NEGO. subiungitur narratio
 1017 **28** VINOVENTVS FERE ABHINC ANNOS SEDECIM. cum ueniali
 statu, quod uinolentus sit, in qua re ignoratio est, *domini* 5
 1020 obsecratio opponitur **31** QVAMOBREM TE ORO VT ALIA TVA
 1022 *FACTA SVNT AEQVO ANIMO HOC FERAS.* — **33** AETATE PORRO
MINVS PECCATVRVM PVTEM quia ille dixit *ante* 'annos sede-
 dicim', haec collegit 'quid ergo sperare possum hunc non
 peccaturum esse circa aetatem, quasi non illo tempore 10
 1030 senex fuerit, *si tamen senectus faciat uerecundos?* — **41** AD
AVREM OGGANNIAT id est in aurem frequenter dicat 'ignosce'*.
 1035/51 — **46** ORAT CONFITETVR PVRGAT <*****>. — **62** VIN
PRIMO FACERE QVOD EGO GAVDEAM ut oportuit, Phormio of-
ficii sui rem quaerit, quod edax esset. in extrema parte 15
 conclusit pro beneficio, siquidem petit, uti ad cenam uo-
 1054 cetur. — **65** SED VBI EST PHAEDRIA IVDEX NOSTER propter-
 ea 'iudex', quia sic a muliere dicta sententia est (*v. 57*):
 'quod is iubebit faciam' *inquit et recte ad illum delata*
sententia est: aliter enim de patre filius non potest iudicare. 20

α* [12] gannitus tamen proprie uox nulpium est.

1 hinc — principium est *post NEGO codd., transp. W.* ||
 3 narratio <est> α || 6 consecratio *G* || 8 dicit *G* || 9 ego
Westerh. || 12 id est *del.?* | frequenter in aurem α || 13 lac.
sign. W. || 14 officiis uir ē querit quod edar semet *G*, corr. *W.* ||
 15 postrema α || 18 est *ante dicta α* || 19 <ut> quod *G*